









1796.

1. Friedius, Albertus Philippus : De exceptione curatoris non  
cum excusae restitucionem in integrum a minoribus  
et reliquo petitam non remorante.
2. Güntherus, Ambrosius Augustus : De iure non conferente.
3. Hackoffer, Janus Henricus : De obligatione socii  
innocentis in delicto
4. Knecht, Copernicus Gottlieb : De transactiōnibus  
et timore in litio initio ad 1. 2 C. de transact.
5. Ribbentrop, Augustus Gottliebus Carolus Georgius :  
De relatione delictorum in Ducatu Bremero  
et Verdeno, impressis De mulcta a pagorim  
incalit, qui furum lignariorum nomina non  
dubitamus, presentata.

1798.

- Poppe, Cordus Gottlieb : De jure principis circa  
immunitatis emendanda que est, quae in fundatione  
mitibus ad prius censas specialiter a fundatōribus

Determinata sunt

1801.

Lindersen, Randolphus Henricus : Num mercator  
vindictis mercibus & thuc actione quanti minoris  
adversus venditorem experiri possit?

1803.

Fück, Francis Georges : Num restitutio in integrum  
contra rem iuricatam ad instrumenta non for  
reporta locum habet?

1804.

Hartung, Christianus Christophorus : Observaciones  
forenses decisiورibus Ied. Sax. supremi proco  
litionum tribunalis collustratae.

1805.

1. Schmetzger, Fredericus Augustus : Singularia juris Brunsvic  
Wolfenbuttelani in appellationibus ad suprema im  
puni tribunalia

1808

2 Schreyer, Eduard: De divisione praeclaram dotis.

1808.

1. Henck, Hermann Justitiae Errorum: De vera cri-  
minis laesae maiestatis secundum leges possibili-  
ties in sole aliq[ue] poena.

2. Sippig, Leonidas Leidorum: De nepotibus  
ex filio unico quo non in capita sed in stirpes me-  
cedentibus.

1808.

Schleiter, Justitiae Traues Proclus: Num nostra actione  
negatoria reus in possessione sortitus constitutus  
ab onore probando immunitur et?

1809.

Widberg, Historian Thugath: Gratulatio, quam —  
Herrn Christophero Beirio . . . in sacra glas

et Doctoris et professoris omni seculantes . . .  
dixit S. Iohannes est Carmen et Julianus Prosternens  
in iustam sacras scripturas .

DISPV TATIONEM IN AVG VRALEM  
DE  
EXCEPTIONE  
CVRATORIS NONDVM EXCVSSI  
RESTITVTIONEM IN INTEGRVM A  
MINORIBVS ADVLTIS PETITAM  
HAVD REMORANTE

Auctoritate  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDIO

ALBERTI PHILIPPI FRICKII

PRO

S V M M I S I N I V R E H O N O R I B V S

CAPESSENDIS

D. XXI. MARTII MDCCCLXXXVI. HOR. POMERIDIANIS

PVBLCAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

S V B M I T T I T

A V C T O R

HENRICVS ZACHARIAS SPANNVTH  
BRUNOVICENSIS.

---

HELMSTADII,

LITTERIS C. G. FLECKEISEN, TYPOGR. ACADEM.



---

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
EXCEPTIONE CVRATORIS NONDVM EXCVSSI  
RESTITUTIONEM IN INTEGRVM A MINORIBVS ADVLTIS  
PETITAM HAVD REMORANTE.

---

I.

*Praeter alia capita lex Laetoria introducebat restitutionem, minoribus, dolo malo circumscriptis, indulgendarum.*

Tamdiu olim adolescentes romani nec luxu, otio, inertia ducebantur, id est, viuebant; tam diu etiam iidem nec aliorum infidii expositi erant, nec indigebant morum rectoribus: quamdiu ciues, ob saeculi paupertatem, victus duritie ac laboribus immensis exercebantur, fortitudine in periculis inclarescebant, sobrie vivere adsueti frigus acstumque tolerabant aequae, ac iis rebus contenti fuerant, quibus ipsa natura contenta est, quae, si modo arcenetur vitae incommoda, neque desunt alimenta necessaria, nil amplius desiderat, haud neficia, quod opes pariant fructitiam. At magis magisque labi mores ac ire praecipites coepérunt, simulac expulsa paupertate, et conuentionibus omnis generis in immensum multiplicatis, augebantur bona publica, et priuatorum patrimonia, atque leges ipsae quasi obtenerare istis videbantur, quibus amplissimae fortunae obtigerant. Inde non raro accidit, vt opes autae et opimiae hereditates in teneris iuuenium mentibus excitarent desi-

derium pereundi per luxum libidinemque. Saepius adolescentes, muliebriter educati, ludis, crapula, meretricibus, pueris symphoniacis dissoluebantur. Nec deerant, qui iuvenum imbecillitate abutebantur, ac, adhibitis variis artificiis, incautos minores in contractibus ineundis, fuscipendiisque obligationibus, callide circumuenire studebant, puta, mensarum omnium affeciae, gutturi dediti, cupediarii, fraudatores, parasiti, atque id genus impostores alii.<sup>1)</sup> Quorum omnium fallacias, ob fragile iudicium, romana iuuentus, diuitiis adfluens, haud facile effugiebat. Opus igitur fuisse, fatebuntur omnes, quibus sanum est sinciput, prouisione iuris scripti, qua saluti adolescentum, initis contraetibus obstrictorum, consulebatur non minus, quam coercebatur insuper dolus verfutorum hominum, qui ex imbecillitate aliena lucrum iniustum captabant. Id, iusto serius licet, praestabat Laetoria lex.<sup>2)</sup> Fuisse, scimus, plura huius perinclutae legis capita, quorum veteres paucim meminerunt. Primum namque dictae legis auctor, dum is saepe tam intemperatam tutorum alii imperandi libidinem, quam ingenia minorum, obsequii non raro impatientia, deprehenderat, definiit aetas minoris terminum, incertum huc usque, ac eum ad annum XXV, fine vlo sexus discrimine, perduxit.<sup>3)</sup> Vetuerat etiam ad-

1) In omnibus ferme comoediis eos *Plautus* ac *Terentius* depingebant.

2) Retineo lesionem legis Laetoriae cum *Ct. Salmasio*, qui eam *Not. ad Iul. Capitol. M. Ant. Phil.* p. m. 330. tuebatur, pronovans ac scripsitos codices, addensque *Laetus*, *Laetilius*, *Laeutilus*, *Laetorius*, nomina. Nec adsentiri possum *A. Augustino de Leg. et Senat.* p. 101, *P. Prateio de Veter. P. R. Leg.* in *E. Ottonis Thes. I. C. f. 502.* et *P. Manutio de Leg. Rom.* in *I. G. Clavasingii I. Publ. Rom. Fals. II. p. 209*, qui omnes legunt nomen legis Laetoriae.

3) Veritati accedit, ipsum hunc aetas terminum repetuisse ab antiqua praudentia doctrina de longissimo vitae humanae termino. Hunc centum annos illi finiebant, *L. 76. de iud.*, *L. 56. D. de usqfr.* Quare *N. Gundlingius ad πότα D. L. IV. tit. 4. §. 4. et 6.* inferebat, quos feil. centum annos si in quatuor aetas diuidas, habebis sane primam aetatem *XXV.* annis terminatam. Eadem ceterum ratione, qua hodie, antecessores romani probabilitatem vitae humanae metiebantur. Exponebat

adolescentes instipulari.<sup>4)</sup> Negata insuper actio creditoribus hac  
lege videtur aduersus minores, qui nummos, e mensa ad pensos,  
acceperant. Nam hos, illis credere, timuisse, docet querela CAL-  
LIDORI exclamantis,

*Perii; annon tum lex me perdidit quinauicennaria.*

*Metunt, credere omnes.<sup>5)</sup>*

Eminebat tandem inter Laetoriae legis capita istud, quo cauebatur,  
vt minores, alterius dolo malo circumscripti, in integrum restitu-  
rentur aduersus fallacias.<sup>6)</sup>

## II.

*Praetor voluit, vt succurreremus minoribus, quatis alia ratione  
laeſis, restitutionis beneficio, licet curatores in negotia gesta  
consenſissent.*

Remedium hoc restitutionis, lege Laetoria introductum, am-  
bitum paulo ampliorem fortiebatur praetoris beneficio. Quum  
enim huius esset, seruire aequitati, non quidem merae, sed placi-  
tis ciuilibus temperatae, quumque regulae iusti ac aequi non fine-  
rent, minores suis promissionibus conditionem suam reddere dete-  
riorem: intelligis rationem, qua Praetor allicitus statuerat, vt  
concedendo beneficio restitutionis, vis obligandi demi possit pactis,  
quae inierunt minores, et iis siue vel dolo malo alterius, siue imbe-  
cillitate iudicii incidentur in damnum. Quod is ea propter in albo  
proposuerat, editum est huius tenoris. *Quod cum minore, quam*

A 3

XXV.

nebat id summo mentis acumine noster F. A. Schmeltzerus D. de  
*Probabil. Vitae.*

4) Cuius prohibitionis verba F. Vrſinus de LL. et Sct. in L. Laetor. p. 265. ita exprimebat, minori XXV. annis ſlipulari ne liceto.

5) Apud Plautum Pſeuſ. aſf. I. ſc. 3.

6) Id quod e Civ. de Nat. Deor. L. III. c. 30. et de Offic. L. III. c. 15. patescere volunt B. Briffonius Ant. I. C. L. III. c. 12. et I. H. Hei-  
zerus D. ad L. Laetor. §. XI. n. c., obvia in Dan. Fellenbergii  
Iurispr. Ant. T. II. p. 615. Sanciebat infuper lex noſtra poenam in  
illos, qui dolo malo circumueniebant minores.

*XXV. annis natu gestum esse dicetur*, postulante eo, quam diu minor erit, exinde intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit, *vti quaeque res erit, animaduertam.*<sup>1)</sup> Si cum legis Laetoriae dispositione confers haec editi verba paulo obscuriora et a multis parum intellecta: fatendum est, id interfuisse inter dictae legis prouisionem ac Praetoris edictum, quod illa circumscriptis duntaxat minoribus succurreret, rescinderetque indulgenda restitutione fraudes maleferitorum homuncionum, qui ex imbecillitate aliena lucrum quaerant anhelant; hoc e contra non modo sua facilitate circumscriptis, sed etiam iudicii debilitate lapsis opem ferret, vt hac ratione tam aliorum fallacias, quam imperitiae suae damnum effugerent. Imo et honorarium ius id discrimen inter pupilos ac minores adultos constituit, vt illi aduersus tutorum facta, hi vero, siue ipsi soli, siue cum curatoribus contrixerint, restitutionis beneficio gauderent. Quum vero Themis Theodisca velit, vt adulti adolescentes curatorum auxilio aequae ac impuberis per tutores regantur,<sup>2)</sup> ac illorum proin negotia, infiseis curatoribus celebrata, vi ac potestate careant: aequali iure illi quoad restitutionis causam nostra aetate vtuntur.

Hoc ipsum vero a praetore, suadente aequitate, introductum restitutionis beneficium, quatenus conceditur a iudice, denotat deductionem minoris, summo iure laesi, in statum pristinum illaesum, ex aequitatis causa factam. Eatenus vero, quatenus minores, facilitate sua, vel aliorum dolo, laesi id implorant, innuit remedium iuris, a damnum passis expetitum, vt, suadente aequitatis causa,

repo-

1) Hunc in medium restituerebat Praetoris editum *H. Doneellus de Iure Ciu. L. XXI. c. XVI.* Iungas, si placet, *I. G. Heinemann ad Edit. perpet. tit. XXVI.* seq. in *Opus. T. V.* p. 412. Non quidem *L. I. §. 1. D. de mis.* suppediat verba de tempore restitutionis in integrum, quae literis non cursivas exprimere curaveram. Id dubio procul omissum est ob constitutionem, quae, anno utili restitutionis in integrum abrogato, quadriennium continuum induxerat *L. vlt. C. de temp. in integr. restit.*

2) *Rec. Imper. de A. 1577. art. 32.*

reponantur a iudice in pristinum statum illae sum.<sup>3)</sup> Res ipsa ceterum loquitur, quos uis minores admittendos esse ad hoc iuris remedium, modo doceant laesio nem non exigui momenti.<sup>4)</sup> Quid? quod ab ipsis, si adeat laesio, contra actum, quem ex restituzione suscepereunt, hoc auxilium iuris imploratur.<sup>5)</sup> Nil igitur interest, cuiuscunq; sexus illi sint; an nati?<sup>6)</sup> an in utero constituti?<sup>6)</sup> an patresfamilias?<sup>7)</sup> an filii familias?<sup>7)</sup> si modo ea temporis periodo, qua conventionem damnosam celebrantes incidebant in dispendium, nondum in die natali XXV attigerint horam ultimam, qua erant in lucem editi, ut pote in hac doctrina tempus minorenitatis currit de momento ad momentum, id est, ab hora ad horam,<sup>8)</sup> nec dies coepitus habetur pro impleto. Quid? quod minores capti possunt confugere ad restitutiois beneficium, tametsi damnosum negotium iam impugnandum cum iis sit gestum, interuenientis tutoris auctoritate, aut curatorum consensu accidente.

Evidem haud dubito, futuros esse, quos haec nostra a fertio non nihil offendit. Obstare, tristi vultu et caperata fronte exclamabant, duo momenta, puta, tam tutorum curatorumque potestatem in administrandis rebus minorum, quam ipsum quoque finem

3) Alii alias finitiones tradunt de restitutioine. Nullus contradico, modo non variis loquutione, rescissio negotii. Saepius enim adeat restitutio, tametsi non rescindatur negotium. Vide I. C. Kochii D. de Praef. restit. in integr. p. 8.

4) L. 24. §. 1. D. de min.

5) Ita adulterus restitutus aduersus omisam hereditatem aequo aduersus eius additionem restituitur L. 7. §. 9. D. tit. eod. Imo et restitutus aduersus aditam hereditatem ad eam repudiandam indiget restitutioine, W. A. Schoepffius D. de Restit. restitut. in integrum. §. 31. sq.

6) L. 45. pr. D. eod. tit.

7) L. 3. §. 4. D. tit. eod.

8) L. cit. §. 3. h. 1. Qui textus clarus est, nec indiget crisi F. Hotmanni Obs. L. VI. t. 4., aut G. Bestii de Rat. emendandi leges c. 15. n. 2. Conferas velim I. C. Ruckerum de Ciuit. et nat. temp. Comput. c. IV. §. 1.

## VII

finem interponendae auctoritatis, consensusque. Quorsum enim dicere pergunt, quorsum tendit eorum interposita auctoritas et consensus, nisi vt hac ratione accedat nouum robur negotiis cum minoribus gestis? Atat res gestae rescinduntur indulgenda restitutio ne in integrum. Ergo vt ne conuentiones minorum, consentientibus curatoribus initiae, rescindantur aequae, ac ne sic frustra interponatur curatoris consensus, e vestro iudicio, dicendum potius esse videtur, quod minorum contractus cum aliis initi salui manere debeat et integri, si curatores, interposito consensu, eos ratos habent, et sibi acceptos.

At nunquam profecto, licet concurrant cuncti secus sentientes, et capita inter se conferant, haec momenta mihi adsensum extorquebunt. Vt enim nullus vrgeam, nihil magis contrarium esse curae, quam nocere personis, curae tuae subiectis. Volo autem, vt aduersarii nostri in memoriam reuocent sententiam iuris certi et aequitatis indubitate, quae interdicit, id, quod salubriter in utilitate et fauorem certarum personarum introductum est, ad earum laefionem et incommodum conuerti.<sup>9)</sup> Igitur, dum constat, auctoritatem tutorum et curatorum cōsensum minorum causa quaestum esse, ne hi, aliorum insidiis expositi, quid incante gerant, igitur, inquam, non eo vsque produci debet interposita a curatore auctoritas consensusque, vt noceat minoribus. Id quod vero accideret, si tale negotium, quo minores capti conspicuntur, non rescindi posset restitutio beneficio. Neque etiam, si minoribus laefis aduersus negotia, consentientibus curatoribus, inita, tribuimus restitucionem, frustra adhibetur horum consensus. Nam is, si interuenit, semper hoc praefat, vt ipso iure valeat id, quod a minoribus geritur, et alias non valeret, si desiceret talis consensus. Imo et hunc effectum sortitur horum interpositus consensus, vt non modo negotium minoris, iuris rigore validum, rescindi nequeat,

quam-

9) Euolusas, praeter cit. L. 3. §. 3. et L. 98. pr. D. de V. S., P. P. de Dompierre de Longuieres Comm. de Rest. in Int. lit. IV. §. 24. ac L. Wellebergium tit. de min. §. 16.

quamvis captus sit, ni confugeret ad restitutionem, sed ut etiam, hoc beneficio non implorato, non posfit, ad voluntatem lubitumque minoris, rescindi, quod gestum est.

## III.

*Litigant antecessores, an exceptio curatoris nondum excusfi remetur restitutionem in integrum ab adultis minoribus petitam.*

Nescio quo, an ipsius iurisprudentiae fato, eveniret, ut hoc ipsum remedium, aetati a Praetore indulsum, ansam dederit, ut lites super litibus suscitarentur? Ita, ne longius abeam, non conuenit inter iurium antecessores, qui merentur adiri ac consuli, si quaestione moueas, an limites restitutionis in integrum eo usque fint restringendi, ut non nisi in subsidium detur, ac minores proin, damnum passi, ab hoc Praetoris beneficio excludantur, patrimonio curatoris nondum excusio? an e contra vero, si minores adulti ob negotia, consensu curatorum inita, sentiunt damnum haud leue, tam actio negotiorum gestorum utilis aduersus curatores, rebus minorum male consulentes, mouenda, quam restitutionis remedium, aduersus laedentes per modum implorationis proponendum concurrant ita, ut electio huius illiusque remedii pendeat a mero arbitrio minoris capti?

Restitutionem in integrum, dudum monuerunt prudentes, esse remedium praetoris pronissione extra ordinem introductum, ac dari duntaxat in subsidium, si laesa persona, iuxta iuris ciuilis rigorem, destituitur alio iuris remedio. Quare, ex horum iudicio, etiam minores laesi prius actione conuenire debent curatores, improuide agentes, et bonorum excusione vrgere, quam implorare possint iudicem, ut ipso restitutionis auxilio iuuet aduersus decipientium laesiones.<sup>1)</sup> Prosistunt et alii, humanitate ac doctrina praestantes, hanc doctrinam. Subiiciunt vero species non paucas

exci-

1) I. H. Moltenbechius Thef. Iur. Ciui. p. 205., I. G. de Hedemann D. de Auxilio, quod aetati impertitur §. 60. sq.

excipiendas, veluti quando, concurrente remedio extraordinario cum ordinario, illud longe pinguis est ac expeditius hoc: <sup>2)</sup> aut quando quis ordinario iure non adeo tutus est, quam extraordinario beneficio restitutionis: <sup>3)</sup> aut quando adolescens, damnum sentiens, fibimet ipse diffidit, an remedium ordinarium fundatum sit? <sup>4)</sup> Sunt vero etiam alii, qui in ista specie, qua tutor curatorue in negotiis, extra iudicium suscepisti, aliquid negligebat cum damno minorum, his indulgent electionem, an vti velint actione personali, aduerfus curatores monenda? an malint e contra illicet confugere ad restitutionis beneficium? At in negotiis iudicialibus, imprimis quando sermo incidit de praescriptione iudiciali, sive fatalibus lapidis, minores exclusos volunt ab ysu restitutionis, quamdiu non constat de bonis curatorum nondum excusis. <sup>5)</sup> Indulgent alii minoribus electionem, an velint restituiri contra factum et culpam tutoris in agendo commissiam? an vero actione personali conuenire curatorem? Denegant ipsis autem hanc electionem, si laebantur per culpam curatoris in omissione conspicuum. <sup>6)</sup>

Evidem, in isto sententiarum diuortio, nullus antecessor germanus, <sup>7)</sup> quos consului; data opera exponebat doctrinam, qua mino-

- 2) *I. Brunnemannus ad D. L. 16. de minor., R. Bachouius ad Treutl. Vol. I. disp. II. th. 1. lit. A., I. G. Frantzkius Comm. ad D. tit. de Ref. in integr. n. 8. sy., B. Carpzonius P. II. C. XL. dec. 34.*
- 3) In talibus speciebus restitutionem, aetati induitam, cum remedio *L. 2. C. de ref. vend.*, aut cum actione tutelar. directa, eleiecti concurrere vult *C. Hofackerus Pr. Iur. Ciui. rom. germ. §. 809.* subordinate autem cumulari posse restitutionem cum nullitatibus querela, opinantur *I. a Mynsinger Obs. cent. II. obf. 25. et I. B. a Wernher Obs. IX. 19.*
- 4) Cumulationem restitutionem cum remedio ordinario admittit *I. H. Boemerus de Alt. S. III. §. 6.*, si dubitatur, an hoc fundatum sit.
- 5) Euolnas, praeter *I. H. de Berger Oeon. Iuris L. III. tit. XV. §. 8.*, *I. F. Fleischeri D. de Minor. refit. in int. titis conf. maiorib. profeta §. 4.*
- 6) *B. Berjanus Tr. de Pupill. Cap. I. qu. XV.*
- 7) Testis quidem est *M. Lippennius Bibl. Iur. f. 279.*, *I. a Sianen D. de Ref. in integr. minoribus, curat, nond. excusis, proficia, Trai. 1747. defendisse.* At eam perlegere, mihi tam felici esse, non contiget,

minores conventionibus, consensu suorum curatorum initis, obstricti quidem, at iudicii imbecillitate laesi, illicet admittendi sunt ad restitutionem, et qua hanc proin non remoratur exceptio curatoris nondum excusii? E re igitur mea esse, credebam, si hunc juris litigiosi articulum in dissertatione inaugurali exponerem, ita, ut legum verbis illustrandis primum sententiam meam confirmem, tela dein aduersariorum infringam, ac tandem quaestiones quasdam forenses, tanquam corollaria, attingam nullam praeter studii veritatis, quo trahor, laudem mihi vindicans. Rem ardui et difficilli-  
mi operis esse, probe noui. Sed, quum honesta ratio sit, cauam minorum, restitutionem in integrum illicet implorantium, si fieri posset, valido patrocinio sartam testamque conseruandi: e re mea esse, putavi, si huius doctrinae veritatem succincta ac rite digesta commendatione academica asserturus operam darem, vt fuus verusque legibus, in fauorem minorum datis, sensus aequus ac valor tribueretur. Solent amantes dilectorum a se virginum naeuos et vitiliges benignius interpretari, et, quae per se minime probantur, ad commendationem rapere. Idem facito, lector beneuale! et, in huius opusculi lectione si quid stribliginis offendes, pro tuo in me amore excusa. Nullus aegre feram, aut admoneri, aut etiam reprehendi, si quid vel incautius vel indoctius est positum. Me e contra multum debere, profiteor, meliora docte et amice suggerenti. Neque poenitebit me, corrigerre errores detectos. Sapit enim is, meo quidem iudicio, qui in defendenda causa non suam sententiam optimam, credit, quam potius optimam, suam.

## IV.

*Quod exceptio curatoris nondum excusii haud remoretur restitutio-  
nem in integrum ab adultis minoribus petitam, probatur  
e L. 3. C. si tut. vel curat. interu.*

Pro oranda causa minorum, lubrico aetatis et consilii fragili-  
tate circumscriptorum, ac illicet proin restitutionis beneficium im-  
plorantium, opibus curatorum licet nondum excusis, dubito, an ex  
villa quadam lege ciuili fortius argumentum defumi queat, ac e re-

B 2  
scripto,

scripto, quod debemus Imp. DIOCLETIANO et MAXIMIANO. Id ad-  
scribam, <sup>1)</sup>

*etiam in his, quae minorum tutores vel curatores male gessisse  
probari possunt: licet personali actione a tutele vel curatore  
(ius) suum consequi possint, in integrum tamen restitutionis auxi-  
lium eisdem minoribus dari iam pridem placuit.*

Quae huic constitutioni caesareae promulgandae ansam dedit, spe-  
cies hunc in modum ita concipienda esse videtur. Adolescens pu-  
bes curatore non desitus, inierat contractum, et dextram in id,  
quod spondebat, fidei obstringendae ergo praebebat, licet immine-  
ret magna rei familiaris iactura. Incidebat in eam iudicij debili-  
tate. Ut damnum bonorum, e tali contractu oriundum, auertie-  
ret, is non quidem conueniebat actione personali curatorem, qui  
negotii huius celebrandi auctor suasorque et vel eapropter erat,  
quoniam iniebatur de rebus, in quarum amore ipse non est fanus,  
ac in quibus acquirendis nec operae, nec sumtui parcere dicitur.  
Implorabat illicet potius restitutionis beneficium. Petebat infanter  
negotii, iure quidem validi, rescissionem, indulgendarum e commis-  
eratione, quam habemus erga aetatem teneram, quae suarum  
rerum administratione non idonea esse creditur. At neque despone-  
debat reus, neque timescebat actionem, sed voci, ambula in ius,  
dicto audiens sequebatur in ius. Annitebatur autem actionem,  
aduersus se motam, elidere obicienda exceptione ordinis seu cura-  
toris nondum excusfi. Firmare is hanc suam exceptionem fatage-  
bat rationibus pluribus contempnendis, quarum, prout etiam in  
aliis codicillis eas adiicere mos fuerat,<sup>2)</sup> mentionem iniecerunt  
DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS iisdem verbis, quibus vtebatur reus  
nostrer.

Prima

1) L. 3. C. si tutor, vel curat. interu.

2) Hoc in primis non raro accidisse, constat, si legumlatores dicebant,  
hoc illudue caput juris veteris corrigendum, mutandum esse. Hoc  
probe animaduertebat D. Cappelen Hunthum D. de Rescript. Prince.  
Rom. quae inserta legitur in G. Oelrichii Thes. Disc. Belg. Vol. II.  
tom. III.

Prima erat haec, *curatorem male gestisse* minus, ac proin, ipso iudicante, conuenire cum iusti et aequi regulis, vt curatori opes prius excutiantur, quam index laeso minori posset succurrere restitucionis auxilio. Res alterius male gestisse dicitur non modo is, qui vel ea, quae geri debebant, omisit; vel qui, citra quidem dolum negligentiamue in negotio, suae curiae commisso, gerendo conspicuum, suscepit quid, in alterius iniuriam tendens, sed etiam in primis is, qui habet animum circumueniendi alios, cuiusque voluntati nocendi alias respondet eventus. Etiam reus noster, in ius vocatus, *sub curatela male gesta* intelligebat eam, in qua curatoris voluntas fraudandi aequae ac eventus conspirabant amice. Patescere hoc, opinor, et vel exinde, quoniam is exceptione curatoris nondum excusci eapropter vtebatur, quia minor laesus actione personali suum a curatore consequi posset. Sciunt vero ei vel du pondii, curatores duntaxat ob dolum, aut ob leuem, ac interdum ob latam culpam teneri,<sup>3)</sup> atque ipsos e contra ab actione personali immunes esse, si carent delicto, nec quidquam de ipsorum foribus dici potest, tametsi caeteroquin et in hac ultima specie, qua minores mouere nequeunt actionem personalem, istis nihilofeciis haud deneganda sit restitutio in integrum, si, causa cognita, laesi conspiciuntur, et iustum esse videtur, eos iuare hoc beneficio.<sup>4)</sup>

Altera ratio, quae, ex iudicio rei, in ius vocati, remoratur in integrum, ac vult iubetque, vt minor laesus primum experiatur actione personali adversus curatorem male consilientem, conspicitur in eo, quod *cura male gesta*, et damnum inde veniens, probari posset. Dubio caret, sub probatione curatela male gestae, ac inde detrimenti rei familiaris suborti, reus noster subintelligebat eam, quae a curatore, omnium primo actione personali con-

B 3

uenient-

3) *F. E. de Pufendorff Tr. de Culpa P. V. cap. III. §. 14.* Non tam tutorem, ob latam culpam remotum, vel iudicio tutelae contemnatum, infamia notari, arbitror, tameisi contrarium cum aliis docebat *I. Vollenhove D. de Sup. Tutor. et Curat. ap. Oelrichium l. c. tom. I.*

4) *L. 47. pr. D. de minor.*

## XIV

ueniendo, per contrarii probationem elidi nequit: quippe is etiam audiendus est, si excipit forsitan, quod minor, sua quondam curae subiectus, sentiebat,] damnum non consensui interposito, aut consilio a se dato, quam potius casui fortuito adscribendum esse. Parum caeteroquin, vi huius alterae rationis, generalioribus verbis a reo adductae, interest, an probatio de curatela male administrata ad damno inde, in rem familiarem minorum orto, fuscipienda, iuncta sit difficultatibus magnis? an iis careat? quenam adducantur curae, male gestae, ostendenda ergo negotia a minore capto curatoris aut consensu, aut ratihabitione, celebrata, num exempli loco intercessio pro alio suscepta?<sup>5)</sup> num iuris quaelesti renunciatio? num datio mutui? num compromissum?<sup>6)</sup>)

Subiungit tandem reus noster hanc vltimam rationem, quod minor laetus personali *actione suum ac curatore consequi posset*. Res ipsa loquitur, ipsum nomine *actionis personalis* non aliam intelligere actionem, ac eam, quae e curae gestione descendit, puta, vtilem actionem negotiorum gestorum, nequaquam vero tutelae. Ut ita sentiam, me hoc imprimit alicet, quod reus noster loquatur de actione personali mouenda, si cura adhuc perseuerat. Scimus vero, tutela nondum finita locum non esse iudicio tutelae generali,<sup>7)</sup> ac curationis ergo iudicium locum non inuenire intra administrationis tempus.<sup>8)</sup> Longe vero alia est ratio actionis negotiorum gestorum specialis. Haec intra administrationis tempora moueri potest de negotio singulare, veluti si loquela est de iactura, do-lo vel culpa intuitu rei alicuius data, aut, ceu nostrum caesareum rescriptum memorat, de damno resarciendo, quod minor, ob cu-

rato-

5) L. 7. §. 3, L. 48. pr. D. tit. eod. Iunxitse, non poenitebit, I. L. Schmidii Tr. de Fidei, plane non obl. Sect. II. c. I. §. 63.

6) L. 34. §. 1. ib.

7) L. 9. §. 4. D. de tut. et rat. dislr.

8) L. 2 et 14. C. de admin. tut. vel cur.

ratorum male gesta, patiebatur.<sup>9)</sup> Lucem praeterea huic interpretationi affundit et hoc, quod et ipsi legumlatores nostri non modo rescriberent, *in negotiorum gestorum utile iudicium venire*, quicquid curatoris dolo vel *lata culpa*, aut leui, minores amiserint, *vel*, cum possent, non acquisierint,<sup>10)</sup> sed etiam fancierent, curatoris etiam *successores negotiorum gestorum actione utili conueniri posse.*<sup>11)</sup> Dum caeteroquin reus loquebatur de minore, iudicii fragilitate laeso, qui actione personali suum consequi potest, nec opus habet, ut confugiat ad restitutionis auxilium: supponebat curatorem, qui non modo facile conueniri potest, sed qui insuper etiam tantum habet in bonis, quantum requiritur ad resarcendum damnum, in quod minor agens se incidisse plorat.

Tametsi rationes hae, quas causarum orator pro tuenda causa rei, in ius vocati, proposuerat, tanti ponderis esse videantur, ut opponenda exceptio curatoris nondum excusii iure remoretur restitutionem in integrum; ac tametsi insuper minores, dum actione personali suum a curatore, in negotium damnosum consentiente, consequi possunt, laesi esse non credantur ob iuris regulam, qua is ipsam rem habere dicitur, qui habet actionem ad rem recuperan-

9) Vide, praeter 26. D. de adm. et per tut., L. 16. §. 1. D. de tut. rat. distrah. L. 1. §. 3. D. de contr. tut. I. Cuiacium ad C. tit. arb. tut. et Q. G. Schacheri D. de Viti curat. caus. act. §. 20. Longe vero est actio tutelae, quae, teste Paulo L. 38. D. pro soc., generalis est, adeoque, quam de singulis rebus insitui nequeat, non nisi post finitam tutelam locum habet. De hoc cafu intelligo L. 2. et 14. C. de admis. tut. vel cur., ac L. 19. D. de adm. et peric. tut.

10) L. 7. C. arbitr. tut.

11) L. 17. C. de neg. gest. Non deesse, scio, eruditos, qui in talibus speciebus accommodant tutelae actionem vtilem, provocantque ad hoc, quod Ant. Caracalla L. 3. C. arb. tut. dixerit, dari contra curatorem tutelae iudicium. Vide Vtr. Huberi Digr. Inst. P. II. L. 1. cap. 28. et C. Hofackerum l. c. §. 704. Sentio difficultatem in dictarum legum conciliatione. Opinor, non tamen ideo bonam copiam ejurandam esse, aut vadimonium deserendum, si modo non negligas distinctiōnem, not. 9. memoratam.

## XVI

perandam: <sup>12)</sup>) hae tamen momenta legumlatores optimos allicere non poterant, vt ederent codicillum, cum precibus rei in ius vocati, conuenientem. Nulli reſcribebant, omnium primo curatores, fi aut male gesserunt curam, aut prauum consilium dederunt, conueniendoſ, ac minores laefos tunc demum iuuandoſ eſſe reſtitutionis beneficio, fi bona curatorum excutienda non fuſſicerent ad damna refacienda. Decisionem potius votis rei prorsus omnino aduerſam edebant verbiſ hisce, *in integrum tamen reſtitutionis auxiliū minoribus laefis dari iam pridem placuit.* En iuſſum DIOCLETIANI et MAXIMIANI, generalibus verbiſ conceptum, quod vult, vt rei quiuiſ nequeant confugere ad exceptionem curatoris nondum excuſſi, aduersus quoſ minor capti ilicet in integrum reſtitui implorat!

Occurrunt bina momenta in hac caſarea voluntate, doctrinam meam firmante, quea digna funt, vt paulo penitus examinetur. Primum eft, quod ſacratiſſimi legumlatores dicant, ſibimet ipſiſ non eam eſſe mentem, noua quadam ratione ſuccurrendi minoribus, facilitate iudicii et curatoris consilio maligno deceptiſ, ſtatiu dando reſtitutioniſ in integrum beneficio, quam ſe potius velle, vt, poſthabitiſ dubitandi rationibus, a reo allatiſ, ius duntaxat antiquum adplicetur ad dubiana ſpeciem, quam decidebant. Innuunt hoc verba generaliora, *iam pridem placuit.* Loquutio haec veteribus erat familiaris, quando indicare volebant, viſum eſt iam olim iuriſ ſcripti auctoribus; reſponſum eft; obtinuit; pro re certa habitum eft. <sup>13)</sup>) Alterū momentum, quod, pro cauſa noſtra eo melius oranda annotaſſe, e re mea eft, conſpicis in hac generali voluntatis caſearae declaracione *in integrum reſtitutionis auxiliū minoribus laefis dandum eft.* Volunt igitur, vt fi is, aduersus quem in integrum reſtitui cupiunt, opponit exceptionem curatoris nondum excuſſi, minores capti ne tunc quidem timescant hanc exceptionem, fi ſuum actione personali nancisci poſſunt. Aut fallor, aut huius caef-

12) L. 15. D. reg. iur.

13) B. Briffonius de V. S. voce placuit.

caesareae decisionis corollarium hoc est, ut minores, quando sentiunt damnum aut ex conventione curatore auctore inita, aut ex onere per promissionem obligationis suscepitae, duos quasi obstrictos habeant, puta, tam eum, quocum curatoris consensu contrahebat, et aduersus quem in integrum restitui anhelabat, quam curatorem, qui consensum impertiebatur ad celebrandam conventionem, quae adfert detrimentum rei familiari minoris. Pendet, hoc saltim ipsi indulget generalis voluntas caesarea, pendet, inquam, a capti minoris arbitrio, an, facultatibus curatoris male sum munus gerentis nondum excusis, illicet vrgere velit rescisionem negotii, rigore iuris caeteroquin validi? Nihil interest, siue id fuerit extra iudicium celebratum, siue ei accesserit iudicis ratiabilitio; <sup>14)</sup> siue fuerit negotium iudiciale, puta, quod aut minor omiserat allegationes et probations; <sup>15)</sup> aut eremodictum contrarerat, seu item contestatam deseruerat; <sup>16)</sup> aut aliter sui copiam non fecerat aetatis infirmitate; <sup>17)</sup> aut remedii legitimis sententiam impugnare neglexerat. <sup>18)</sup> Nil ipsis obest, vti iam monui, quod suum actione personali consequi possent.

## Qua

- 14) Vide exemplum allatum ab A. a Leyser Sp. LX. m. I. Nec obstat adprobatio iudicis. Is enim, dum adprobat negotium, facit id sub conditione, quantum actus valet de iure, L. II. C. de praed. et aliis reb. min. Quare etiam tunc, si non modo iudice contentiente celebrabat contractum mutui, qui laesiom inferit, iure suo implorat restitucionem, C. G. Gmeins Artfaetze von Vertragen §. 104. sed etiam, si tertius rem minoris vendebat praemissis edictis publicis et foenni iudicis decreto, minori subueniendum est, vt dominio redintegrato rediret quoque possessio rei, Ant. Matthaeus de Auction. L. I. cap. 16. n. 26 ac 28. et c. 18. num. vlt.

15) L. 18. §. 1. et 36. et D. de min.

16) L. 7. vlt. D. de min.

17) L. 8. D. tit. eod.

18) L. I. §. pen. D. tit. eod. Iungas L. V. a Cramer Nebenfunden CV. 4. Excipias autem volo catum, quo poena prosequutio intenditur C. C. Hofackerus l. c. §. 825.

## C

## XVIII

Qua loquutione non inanem, sed efficacem actionem intelligebant legumlatores augusti. Nisi cum interpretibus quibusdam distinctionem, suum consequi possent, ita interpretari velis, suum consequi possent iure, non autem effectu, hoc est, tametsi suum obtinentur iuris rigore, non autem effectu, quoniam curatorum male gerentium open non sufficiunt ad damnum reparandum, in quod incident minores contractibus curatoris consensu celebratis. Ridicula me hercule glossa, complectens tricas, vix dignas feria responsione! Quis haec puerilia non iudicaret? Non magnum onus est, ab his se expedire. Quid enim? num verborum proprietas? num usus loquentium permittit, vt de minoribus, lubrico aetatis captis, dicamus, eos actione personali suum consequi posse a suis curatoribus male gerentibus, quum tamen, si non implorat restitutio auxilium, sed vrgent excusione bonorum curatoris, nil consequant ob maximam rerum penuriam, qua hic laborat. Taceo, et hoc addere, quod omnino inter se differant loquutiones, suum consequi debere et suum consequi posse. Prior loquutio pertinet ad ius. Posterior autem refertur ad facultatem, res ipsas nanciscendi et recuperandi. Hac vero prorsus omnino destituuntur minores, qui subiiciebantur curae virorum, a quibus, ob rerum penuriam, frustra exspectant indemnitatem curateiae male administratiae. Nemo enim ferme vel mediocriter eruditus est, qui ambigat, quod is non videatur habere actionem, cui ob aduersarii inopiam finans est actio.<sup>19)</sup> Tantum vero abest, vt illustrata decisio caesarea intelligi queat de inani actione, aduersus curatores male gerentes instituenda, vt potius accipi debeat de actione, effectum plenum producente. Vult enim, vt et exceptio curatoris nondum excussi haud remoretur restitucionem in integrum minorum. Patescere ex his, intrepide dico, glossatores secus sentientes captiæ verba, iisdemque parum recte ponderatis, vt lenissime dicam, ventum vendidisse.

V.

19) L. 6. D. de dolo male.

## V.

*Probationem causae nostrae ulteriorem silit L. fin. C. si tut.  
vel cur. interu.*

Causam de exceptione curatoris nondum excusfi haud remo-  
rante restitutionem in integrum ab adultis petitam firmant et alii  
codicilli caesarei, quos debemus iisdem legumlatoribus. Dicifio-  
nem hucusque abs me illustratam non tam noua accessione augebant,  
quam illustrabant potius. Pronunciabant hunc in modum <sup>1)</sup>)

*etiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel aliis contra-  
hentibus, minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum  
vel curatorum damna sequi nullo eis praecidicio per electionem  
generando placuit.*

Non nisi de duabus speciebus conuentionum, quae ansam praebent  
restitutioni in integrum a minoribus petendae, nec remoranda exceptione  
curatoris nondum excusfi, rescribebant in recitato textu  
**DIOCLETIANVS** et **MAXIMIANVS**, ita quidem, vt alia conuentionum,  
in minorum damnum tendentium, genera, e quibus causa restitu-  
tionis oritur, non tam excludant, quam potius expressis iis, quae  
frequentius iniri solent, complecantur.

Primam speciem indicant verba, *curatoribus distrahentibus*.  
Examinasse, opinor, de quanam distractione sermo sit, contra  
quam captis minoribus datur restitutio. Ad vnum omnes sciunt,  
distractiōnē rerum immobiliū ac pretiosarum minoris esse nul-  
lam, <sup>2)</sup> ita, vt earum dominium non absolute in emtorem, sed  
dun-

1) *L. fin. C. si tut. vel cur. interu.*

2) *L. 2. C. de praed. et aliis reb. min.* Obstat quidem videtur *L. 47. D.*  
*de minor.* Sicut ea speciem, qua alienatio rerum minoris absque iudi-  
cis decreto suscepit non dicitur nulla, sed minori succurrendum esse re-  
stitutionis auxilio. At corruit exceptio, si aduertas distam legem de-  
sumtam esse ex responsis *Ceruidii Scaevolae*, quem *Seueri Imp.*  
praceptorē fuisse monerunt *L. Vinc. Grauina Orig. Iur. Ciu. L. I.*  
*c. 48. et G. Masconius de Seū. ICt. cap. 8. §. 5.* Florebat is igitur  
ante huius Imperatoris aetatem, cuius oratione, conspicua in *L. 1. D.*  
*de reb. cor.* demum factum esse, constat, vt curatoribus non licet  
distra-

duntaxat secundum quid transferatur, si in venditione tali deprehendere licet defectum ratione vnius, alteriusue requisiti legitimis.<sup>3)</sup> Si in eiusce generis alienatione negligebatur forma praescripta: valet ea quidem ratione emtoris, minime vero ratione minoris,<sup>4)</sup> qui proin res venditas iure suo vindicat, si modo non versio pretii in minoris utilitatem facta, ab emtore probatur.<sup>5)</sup> De hac tali venditione verba codicilli caesarei minime intelligi debent. Explicanda ea potius sunt de distractione rerum minoris capti, quae quidem, iuxta iuris ciuilis tenorem, subsistit, sed contra quam propter laesionem obuiam illicet minores captos restitui in integrum aequitas poscit, opibus curatorum, consentientium in eam, nondum excussis. Qui vero ob distractas suas res adspirare cupit ad restitutionis beneficium, minor captus ut non tam defectum solennitatum omisssarum doceat, necesse est, quam potius laesionem e suis rebus diuenditis oriundam, hoc est, lucrum cessans aut damnum emergens. Aestimandam caeterum laesionem esse e tempore contractus, non petitae restitutionis,<sup>6)</sup> res ipsa loqui-

distrahere praedia minorum rustica absque iudiciali decreto. Id dein Constantini constitutione extensum est ad urbana praedia L. 22. C. de adm. tutelae. Sistit igitur *Scaeuola* et respomsum nil nisi iuris veteris fragmentum.

3) Curate ea tradidit W. A. Lauterbachius D. de Alien. rerum, quae minor sunt §. 28. Iq. (Disp. Vol. I. disp. 7.) et I. Claprothius *Invispr. Extrat. S. II. m. II. cap. 1. tit. 3.* Silentio caeteroquin praeterire nequeo, H. de Berger *Oec. Iur. L. I. it. 4. §. 11.*, S. Stryckium de *Caut. Contr. S. II. cap. 8. §. 4.*, W. A. Schoepffium *Dec. XXXIV. n. 18.* foliembus, in distractione rerum pupillarium adhibendis, addere et hoc, ut vendantur voce praeonitis. At ius ciuile nescit id requiritum. Nec satis aequum hoc esse obseruarunt A. a Leyffer sp. 344. m. 4. et Q. Schacherus Coll. Pr. D. de reb. eorum qui substat. p. 475. Experientia saltim edocit scimus, fallam saepius esse opinionem, qua dicunt, subhalitatione indagari verum rei pretium, ac laesionem euitari.

4) L. 22. C. de admin. tut.

5) L. 16. C. de praed. et al. reb. Hinc si, nihil verum esse in minorum utilitatem, constat; hi ne quidem obstricti tenentur ad pretii restitutionem. P. Chriftinaeus V. VIII. dec. 176. n. 6.

6) Arg. L. 8. C. de refe. vend.

quitur. Imo et audiendus est aduersarius, si minoris probationem de laesione probatione contraria elidere annititur.<sup>7)</sup> Quid quod et minores iuandi sunt, si, se in eo se circumuentos esse, quaerentur, quod res, a maioribus profecta, in quam singularis cadit adfectio, diuendita sit, domus forte, in qua pater defecit, minor creuit, ac fixae conspicuntur maiorum imagines, non nisi cum posteritatis luetu reuelandae.<sup>8)</sup>

Quem huic speciei illustratae arcto vinculo iunctum esse volebant DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS, causus alter conspicitur verbis hisce, *vel alii contrahentibus.* Tollunt hac ratione quodus discrimen inter distinctionem et alios contractus, qui vergunt in detrimentum minorum. Dum vero in anteriori rescripto mentem suam detexerant, si laesio accideret initis conuentionibus ex auctoritate curatorum: addebant in his codicillis non sine causa voculam *vel alii.* Veritati accedit, legumlatores optimos subintelligere contractus aut a protutoribus; aut ab aliis initos curatorum vel mandato, vel subinsequita ratihabitione; aut a tutele seu curatore honorario, cui administrationem nec testator nec iudex, nec paustum admetit. Stupes, haec dum legis, putasque, hunc administrationi, et si expresse interdicta non sit, nec immiscere, nec proin contrahere pro minoribus posse.<sup>9)</sup> At erras, dum haec statuis. Nam talis tutor vel curator veri nominis talis est.<sup>10)</sup> Hinc ipsi incumbit officium curatoris in genere, ac per consequens administrationi, quae ipso irre ei non est adiuta. Atque dum quis virum nominat quem tutorem vel curatorem honorarium; non statim tali denominatio ipsum excludit ab administratione. Gerentes enim obseruare, et interdum simul administrare, incompatibilia esse, mihi non videtur.

Lae-

7) L. 1. et 2. C. si adu. cred.

8) Arg. L. 35. D. de min., L. 22. C. de adm. tut.

9) Quod voluerunt A. a Leyfer sp. 329. m. x. et I. A. Helfeldius Iurispr. For. §. 1304.

10) Hoc, sine ratione sufficiente, abnegat A. Faberius Iurispr. Papin. tit. de tut. pr. I. illat. 49.

Laesione vero tali subnata siue ex distractione, siue ex alio negotio, consensu curatoris inito, adolescentes captos iuare legumlatores volunt concedendo restitutionis beneficio. Constitutionis caefareae verba, minores *tam restitui rebus propriis non obscurare innunt, adultos, si ipsis expedit, rem suam a curatore distractam habere, conuenire posse emtorem ad recuperandas res in illa causa, qua erat tempore distractionis, nec implorationem remorari exceptionem curatoris nondum excusfi.* Quum generalioribus verbis conceptus sit tenor huius iuris singularis, in fauorem aetatis constituti: infero, minoribus captis remedium hoc ne tunc quidem denegari posse, si iudex ratam habuerit rerum pupillarium distinctionem inconsiderate factam. Nam tantum abest, ut decretum iudicis laesione omnifariam auertat, ut potius adhibeat ad probandam iustam alienationis facienda causam. Quem insuper fugit, iudicem, dum negotia apud suum tribunal vel gesta vel oblata confirmat, non simpliciter queuis probare, sed saltim sub conditione, in quantum actus valet de iure.<sup>11)</sup> Sicuti autem homines aetatis minoris magno incommodo adficiuntur, et quodammodo illis commercio interdictum esse videtur, si semper ea, quae accedente iudicis auctoritate cum ipsis geruntur, occasione damni inconsulte facti rescindantur: ita etiam, non sine magno adolescentum incommodo, bona minorum non inueniunt emtores, si ob paruam laesionem, in quam ob curatoris sordiam inciderunt, ipsis succurrimus restitutione. Id probe sentiebant legumlatores optimi. Quare, praeter hoc ius singulare restitutionis impetranda minoribus captis verbis hisce, *quam tutorum vel curatorum damna sequi, volunt, vt iidem, si, fibimet non conducere, intelligent, res inconsiderate distractas recuperandi, potius instituerent aduersus curatores male consulentes actionem personalem.* En duplex auxilium, quod ex Diocletiani et Maximiani sanctione implorare possunt minores aut rerum suarum distractione, curatorum consensu inita, aut quoquis alio contractu capti! Non animus erat legumlatoribus opti-

11) *Cap. VI. X. de fide instrum., A. Gaii L. II. obs. I., A. a Leyser Sp. XLII. m. 7., H. Vulsteini Conf. Marb. Vol. I. conf. 15. n. 519.*

optimis, vtrumque remedium ideo iungere, vt minores, ad errorem et captionem faciles, bis conseruerentur suum. Pugnat hoc cum bona fide.<sup>12)</sup> Iurare auferim, vtriusque remedii iuncturam ea propter factam esse, vt remedium istud, quod pro laesione auertenda minor captus melius esse credit, primum eligi queat, et proin, si, opibus curatoris nondum excusis, primum confugit ad restitutionem, nullus timescat, futurum esse, vt exceptio curatoris nondum excusum remoretur petitam restitutionem. De veritate huius doctrinae nos dubitare non finit ratio haec, decisioni caesareae adiecta, ne *vllum minoribus praeiudicium per electionem generetur*. En voluntatem caesaream, quae in causis, aetatis fauore subnixis, non modo minoribus duorum remediorum, ad laesionem corrigen-dam comparitorum, electionem tribuit, sed etiam, ne iisdem elec-tio remedii vnius alteriusue noceat, admittit variationem, quum tamen alias in aliis iuris capitibus sit prohibita,<sup>13)</sup> et in concursu remediorum forensum uno electo plerumque pereat alterum.<sup>14)</sup> Pendet igitur, iuxta haec placita caesarea, non, nisi a minorum laeforum arbitrio, num illicet, bonis curatorum, rebus ipsorum parum prouide consulentium nondum excusis, implorare velint restitutio beneficium? an vero laesionis, eo melius recuperandae ergo primum electam actionem personalem relinquere, et ad restitu-tionem transire? Si igitur, iuxta illustratae constitutionis tenorem, restitutio imploratio nesciat subordinationem, imo ea potius electiue concurrat cum actione personali mouenda aduersus cu-tatores, in disfrac-tione rerum minorum aut curiae administratione in-considerate maligne gerentes: sequitur, inueteratam in animis doctorum opinionem falsam esse, qua exceptio curatoris nondum excusum, remoratur restitucionem a minoribus petitam.

## VI.

12) *L. 57. D. de R. I.*

13) *L. fin. pr. C. de codic.*

14) *L. 9. §. I. D. de tribut. adi., L. 34. D. de O. et A.*

*Suppeditat L. 39. §. 1. D. de minor. argumentum nouum pro  
oranda minorum causa.*

An mihi licet, nescio, pro oranda causa minorum, restitu-  
tionem illicet petentium, defumere argumentum e SCAEVOLAE re-  
sponso, quod quidem fecus sentientes obicere solent doctrinæ hue-  
vsque traditæ. Huius tenoris est<sup>1)</sup>

*vendentibus curatoribus minoris fundum, emtor exsilit Lucius  
Titius, et sex sere annis possedit; et longe longeque meliorem  
fecit: Quaero, cum sint idonei curatores, an minor aduersus  
Titium emptorem in integrum restituti possit? Respondi, ex  
omnibus, quae proponerentur, vix eum esse restituendum: nisi (si)  
maluerit omnes expensas, quas bonae fidei emptor fecisse adpro-  
bauerit, ei praeflare; maxime quum sit ei paratum (promitum)  
auxillum, curatoribus eius idoneis constitutis.*

Nullus inficias ibit, speciem a SCAEVOLA hisce verbis traditam  
conuenire cum ipsis speciebus, de quibus DIOCLETIANVS et MAXI-  
MIANVS pronuntiasse, vidimus, quod minores capti iunandi essent  
restitutionis beneficio, licet nondum excusae essent opes curatorum,  
res pupillares imprudenter distraherentur. Dissert ea duxusat in  
eo ab his, quod SCAEVOLA mentem de casu, si minores impugna-  
re satagunt distinctionem, quam de rebus suis curatores bona fide  
fuscipliebant. Nam nominat *bonae fidei emptorem*. Mentionem ini-  
icit *expensarum*, quibus bonae fidei emptor fundum pupillarem,  
emtione, titulo acquisitum, longe longeque meliorem fecit. Vult  
tandem, ut, si factas eas esse adprobauerit emptor, praestentur  
a minore, qui autum fundum recipere, optat, distinctione recissa  
per beneficium restitutionis. Quas expensas praestandas iniungere  
minori non potuisset SCAEVOLA, si emptor, cum curatore fraudu-  
lenter colludens, mala fide acquisiuisset fundum pupillarem pretio  
iusto viliori, in eumque impendisset sumptus permagnos. Quod  
caeterum antecessor de tali rerum pupillarium, quas emptor suis  
sum,

3) L. 39. §. 1. D. de min.

fumtibus meliores fecit, distractione rescindenda per indulgendum restitutio*nis* beneficium ita dederat, *vt minor vix restituendus esset*, maxime quum ei sit proutum auxilium, *curatoribus eius idoneis constitutis*, responsum prudentes non paucos mouebat, *vi adfirmare religioni non ducerent*, exceptionem, de qua loquor, remorari restitutio*nem* illicet petitat. At dabitur, spero, venia, si, tan*tum abesse*, fateor, *vt haec vestra conclusio generalis me terreat ire viam*, qua incedebam huc usque, *vt potius non tam sperem*, quam confidam, fore, *vt iustus rerum arbiter dicat*, SCAEVOLAM, non nisi de singulari re loquentem, magis stabilire, quam infringe*re doctrinam*, abs me tueri cooptam, si modo, quae anima legum sunt, rationes dati responsi inuestigaueris.

Prima conspicitur, *vt ego quidem arbitror*, in eo. Edixerat nempe Praetor, quod cum minore, quam vigenti quinque natu gestum esse dicetur, *vti* quaque res erit, animaduertam, hoc est, quod cum minore gestum est, siue contractus sit, siue quid alter contigerit, cognoscat Praetor, et causa cognita, si minor laetus infirmitate consili, deprehenditur, deum decernat restitutio*nem*. Non semper igitur, iuxta hu*is* edicti mentem, iudex poterit re*scindere* negotia, aut cum ipso minore, aut cum eius curatore gesta. Est potius ipsius officium, omnia redigere ad boni et aequi regulas, ne, dum adolescentis saluti consulere fatagit, hunc adficiat damno, aut saltu incommodo non leui. Nam si huic indistincte subuenit, ob nimium restitutio*nis* imminentis timorem, periculum foret, *vt nullus ad rerum pupillarum emptionem accederet*. <sup>2)</sup> Ita vero futurum erit perinde, ac si quodammodo illis interdictum fuisset commercio. Quare ni manifesta deprehenditur circumscriptio, aut ni admodum negligenter ac improuide curator in rerum pupillarum distractione, aliquo eorum contractu ineundo, verfa*tus*

<sup>2)</sup> Euolua*s*, praeter L. 2. C. de fidei. min., L. 11. C. de praed. et alii s. reb. min., L. 7. §. 8. D. de min., I. Parlatorii Res Quot. L. II. cap. fin. §. 13. n. 18. et I. Struuii Synt. tit. de min. n. 18.

## XXVI

tus est, iudex non illicet se interponere debet. Concedere hinc tunc demum potest restitutionem, quando grande damnum adolescentis versatur.<sup>3)</sup> At si vero ea, qua decet, circumspectione examinamus speciem, de qua SCAEVOLA tulit dictum responsum: iurumconfultus adolescentem a restitutionis beneficio repellebat non tam ea propter, quoniam huius imploracioni obstabat exceptio curatoris nondum excussi, quam potius eam ob causam, quoniam deesse videbat iustum causam, puta, laesionem. Nequit proin adolescentis, ex SCAEVOLAE iudicio, edere querelas iustitiae denegatae, si iusta causa factam distractionem non rescindit,<sup>4)</sup> siquidem ipsi liberum est, conuenire curatorem suum idoneum, si modo docet, ipsius interfuisse, rem suam habere, quam bona fide diuenditam esse.<sup>5)</sup>

Adeisse autem, opinor, etiam rationem, qua innitur SCAEVOLAE responsum. Precibus de indulgenda restitutione oblatis audiendus etiam est aduersarius. Volunt enim iura ciuilia et hoc, ut non modo *restitutio ita facienda sit, quo unusquisque ius suum recipiat:*<sup>6)</sup> sed ut etiam *is, qui in integrum restituitur, sicuti nec in domino, ita nec in lucro vervari debeat.*<sup>7)</sup> Huius rei corollarium est, ut ille, qui res pupillares bona fide emebat, argumento eius, quod obtinet in edito aedilizio, iure vrgeat, ut minor, restitutionem illicet petens, bonis curatoris nondum excussis, prius impedita quaevis necessaria ac utilia in eiusce res, titulo oneroso acquisitas, fibi rafarciat. Suscitari vero non raro solent lites super litibus de quaestione, an opus fuerit erogandis talibus sumtibus longe

3) L. 24. §. 1. D. tit. eod.

4) Adfertum quodius in iudicium deductum, constat, ab aiente esse probandum, ni a probationis onere eleuet quedam praesumtio contraria, cap. 10. X. de praef'er. Desideramus vero eam, minorum rebus, bona fide distractis.

5) L. 24. §. 4; L. 27. §. 1. D. de min.

6) L. viii. C. de reput., quae fiant in iudic. in int. reflit.

7) L. 25. §. xli. D. de aedit. editio.

ge longeque melius redditum esse? an restitutionem desiderans obstrictus teneatur resarcendi aut omnes, aut saltim quasdam expensas. Superant multoties sumtus litis, quibus implorantes restitutionem in integrum vexari solent, emolumenta, ex hoc iuris beneficio exspectanda. Non fuisse insuper, iuro per genium, nesciun SCAEVOLAM, coram tribunalibus tales lites quotidie audiri. Ipsum non fugiebat, accidere iusto saepius, ut bonae fidei emptor tot tanta impendia in acquisitum praedium pupillare impenderet, quae minor aut prorsus omnino non, aut vix, fine aere alieno contrahendo, resarcire potest. Inde intelligis causam, quare antecessor noster quaestionem, de qua erat consultus, ita decideret, *minorem vix esse restituendum, nisi maluerit, omnes expensas, quas bona fidei emptor fecisse adprobauerit, ei praestare.* Decisio iurisconsulti nostri digna est, quae tanto maiori plausu excipiatur, quanto certius est, illam non tam in eo, quod exceptio curatoris nondum excussi remoretur restitutionem in integrum illicet a minore petitam, quam potius in eo etiam niti, quod praetor supponat iustum causam, si restitutio in integrum concedi debeat. Deesse vero talen causam in proposita specie, ambigi non poterat. Nam minor resarcendi impendiis, in praedium recuperandum erogatis, commodum prope nullum sentit, si illicet mittitur ad restitutions beneficium.

Quibus praemissis iamiam doctrinae, mihi aduersae, fautores interrogare licet, an, dum SCAEVOLOA noster *minores vix restituendos* pronuntiabat, si in praediorum aitorum venditione, a curatore facta, maligna collusio non elucet pariter, ac si insuper ipsis in hac tali specie paratum est auxilium aduersus curatores, an, inquam, minores capti semper et quoivis alio casu excludendi sint ab hoc iuris aetati indulto beneficio, si facultates curatorum antea non sunt excusiae? Hoc si seria mente adfirmabis: impingitis me hercule! in dialecticorum praecepta, quae vetant, conclusionem fieri a particulari ad uniuersale. Dicendum e contra potius est, responsum hoc SCAEVOLAE complecti nil, nisi exceptionem. Quare hoc antecessoris optimi placitum vi regulae iubentis, vt exceptio

## XXVIII

firmiter regulam in casibus non exceptis, tuerit potius causam, abs me defendi coepitam. Iuxta haec igitur minoribus laefis non timescenda est exceptio curatoris nondum excusii, si ilicet petunt restitutionem.

## VII.

Praebet etiam L. 16. §. 2. D. de minor. argumentum adminiculans pro causa nostra.

Progedior amplius. Lubens scilicet fateor, et vel cum VLIPIANT praecopsis conuenientia adsertionem, quam tuetur. Ne temere id dixisse videar, audi eum quaeo ita loquentem.

Pomponius quoque refert libr. XXVIII. quum quidam heres rogatus esset fratri filiae complures res dare ea conditione ut, si fine liberis deceperet restituaret eas heredi, et haec defunctio herede, heredi eius cauisset, se restituturam: Aristonem putasse in integrum restituendam. Sed et illud Pomponius adiicit, quod potuit incerti condici haec cautio etiam a maiore. Non enim ipso iure, sed per conditionem munitus est. Et generaliter probandum est, ubi contraclus non valet, Praetorem se non debere interponere.<sup>1)</sup>

Quiuis, hunc locum circumspete considerans, fatebitur, tradi in illo hanc speciem. Heres, cuius nomen non memorant prudentes laudati, a testatore fuerat rogatus, inauras, armillas, aliasque res, corporis ornandi causa comparatas, fratri filiae dare sub hac lege, ut, si deceperet improlis, eas restitueret heredi. Obiit heres iusto citius diem supremum. Quo mortuo nihilosecius fratri filia, cui nomen Corilla dare mihi licebit, heredis heredi exhibebat cautionem rebus acceptis restituendis. Qua cautione data ipsam laesam fuisse, abnegari nequit. Nam heres, ad quem e supremo elogio testatoris demortui transire debebeant dictae res, si Corilla deceperet absque prole reliqua, ratione talium reum sustinet personam legatarii. Legatum vero, sub quadam conditione reliquum, non transmitti, scimus, in legatarii heredes, si ei, nondum existente conditione,

1) L. 16. §. 2. sq. D. de min.

tione, paria non decerriebant parcere, ac sic iusto citius a terrae filiis demandebatur terrae. Cautio igitur de rebus restituendis, in hac allata specie, fine causa fuerat data a Corilla. Quod ipsa tempore cautionis datae nondum minoritatis annos egressa, sed alterius curae subiecta fuerit, patescit ex eo, quod usitate vocula *a maiore* ipsi qua minori, obiciatur. Inciderat igitur quaestio, quoniam iuris remedio Corillae laesa subueniendum esset, ut recuperet cautionem de fideicommisso restituendo indebite praestitam. Mentionem duorum iniicit *VLPIANVS*, e quibus unum alterumque, ex *ARISTONIS* ac *POMPONII* iudicio, eligi ab ipsa poterit.

Volut nimirum Aristo, iuuari Corillam restitutionis beneficio. Nam data cautio de dictis rebus restituendis non erat ipso iure nulla. Quare nec Corilla, eam ex errore interponens, iuris communis auxilio fuerat munita. Quamvis igitur non desistueretur actione personali: tamen eo magis digna esse videbatur antecelfori hinc, quae admitteretur ad restitutionis beneficium, quo certius est, iustum errorem referri inter legitimas restitutionis causas.<sup>2)</sup>

Haut contradicebat *POMPONIUS ARISTONI*. Adiiciebat duntaxat, quod *haec cautio posset incerti condici, etiam a maiore*. Praecclare id pronunciatum est. Constat enim inter omnes, quosuis, etiam maiores, auxilium petere posse ab hac conditione, si aliquid, qua debitum dederunt, quod ne naturaliter quidem debitum est, ac sic iuris errore transtulerunt in accipientem, de quo dici nequit, illum fuisse in dolo.<sup>3)</sup>

## D 3

## Quas

2) *L. 2. D. de restit. in int.* Summa vero in eo latet difficultas, si quae ras, quid denotet iustus error. Veteres admirerunt quenam errorum, ejusque diiudicationem reliquerunt iudicis arbitrio *Sforz. Otto de Reffit. in int. P. I. qu 8. art. 7.* At contrarium voluit *H. Donellus Comm. Iur. Civ. L. 21 c. 5.* Vnam duntaxat aut alteram causam admisisse videtur *A. Schultingius ad τα πρώτα τιτ. de rest. in int. n. 3.* sequitur hoc in parte *G. Noodtium Comm. in D. tit. eod.*

3) Videatur *Dif.*, quam sub praefidio illi. *Frickii* tuebatur *I. I. Tie demann*, de Indebitum soluente per ignorant. *I. C.* ad indebiti condit. admittendo.

XXX

Quas duorum iuris antistitum sententias quum VLPIANVS tex-  
tu recitato traderet, neque easdem emendaret, sed hoc e contra  
subiiceret, et generaliter probandum est, *vbi contractus non valet*,  
(non dicit, vbi alia actio est) *pro certo praetorem se non debere*  
*interponere*: inferre licebit, antecepsorem tacite agnouisse, quod  
in causis, quibus compicitur laesio, imploratio pro impetranda re-  
stitutione ac *actio personalis* concurrant electiue. Is enim non pre-  
scribebat, vt in specie proposta Corilla minor et vel eapropter ex-  
cludenda esset a restitutionis beneficio, quoniam eligere deberet  
condictionem indebiti incerti. Quum Praetor, ex VLPIANI sen-  
tentia, tunc demum se non debeat interponere, si initum negoti-  
um laborat vitio nullitatis, sique proin persona minor laesa sit  
mero iure munita; atque quum e contra iuxta tacitum consensum  
VLPIANI, nec ARISTONEM, nec POMPONIVM refutantis, iudex in  
negotio, laesionem continentem, rescindendo minoribus captis sub-  
uenire possit restitutione, neque ipsis noceat, quod adsit aliud iuris  
remedium, electiue concurrens: adfirmare mihi liceat, omnino  
cum mente illustratae enuntiationis conuenire, quod minores laesi,  
si modo non sunt ipso iure tuti, hand fint priuandi restitutionis  
auxilio, etiam si rebus suis alia ratione consulere queant. Si autem  
hoc verum est, vti omnino verum est: sequitur, obiciendam  
exceptionem curatoris nondum excussi haud remorari restitutionem,  
quam minores capti implorarunt nondum mota, qua vti poterant,  
actione personali aduersus curatores, quorum opes nondum adhuc  
fuerant excusiae.

VIII.

*Pro causa nostra peroranda militat et hoc, quod secundum Nov.*  
*IV, cap. 1. exceptio excusione supponat personam principaliter*  
*et minus principaliter obligatam; in nostra autem causa adjungit*  
*personae aequaliter obstrictae ad indemnitatem minoribus*  
*praestandam.*

Causam minorum restitutionem illicet petentium, patrimonio  
curatorum nondum excusso, tuetur et vel ipsa indoles exceptionis  
excus-

excusonis. Venit eius nomine id, quod eo effectu opponitur auctori, vt is suum aliunde prius servare studeat, ac, quando id fieri nequit, demum reuertatur ad reum, eamue rem, quam initio petebat.<sup>1)</sup> Qui huius beneficii non tam auctor est, quam qui potius restituebat ius antiquum,<sup>2)</sup> fideiussorem opibus debitoris nondum excusis conuenire vetans, IVSTINIANVS, exceptione ordinis quasi in vitam reuocata, supponebat obligationem primariam et accessoriam, ita, vt ista antecedat, haec vero sequatur, ac istius solum modo solutionem et executionem reddat saluam atque integrum. Neque enim, ita sonat voluntas legumlatoris optimi,<sup>3)</sup> negligens debitoris fideiussorum molestus sit, sed veniat primum ad eum, qui aurum accepit, debitumque contraxit, et si quidem inde reperitur, ab aliis absineat, quid enim si ei in extraneis erit, a debitore completo. Interrogare iam eos liceat, qui, exceptionem curatoris nondum excusii remorari, adseuerant, restitutionem in integrum ab adultis minoribus illicet petitam, num, qui ex initio contractu, minoribus non proficuo, ratione illius personae, quae cum minore contrahens ditior inde euadebat, nullum lucrum habet, curator qua debitor principalis habendus sit, qui quidem, licet aut reus sit curatelae improuide gestae, aut qui consensum ad occa-

1) Quas in prudentum libris de beneficio excusonis inuenimus, finitiones sunt vt plurimum nimis angustae. Haud exhaustiunt beneficium ordinis. Datam abs me definitionem ill. I. C. Kochius D. de Benef. excuss. hypoth. Spec. poffif. compet. colligebat e L. 1. D. de magistr. conu., L. 2. D. si quis omij. cauf., L. 2. C. de pign. L. 9. C. de diffr., Nou. IV. cap. 1. et 2.

2) Meminit huius iuris antiqui Nou. IV. Non tamen in propatulo esse, dicunt interpres, quanam illa lex fuerit, cuius aetatis, cuius auctoris. Euolus, si placet, F. Baldinum in Iuslin. p. 399., C. Ritterhusum Iur. Ius P. III. cap. 2. n. 18., Eu. Ch. Canzium D. de Benef. Excuss. §. 3. Dubia vero, quae ea propter olim proferebat N. Gondlingius D. de Benef. Exc. c. 3., et vel eapropter attentione digna non sunt, quoniam Nou. cit. docet, eius generis legem extitisse, et eius contenta vnu probata non suffit.

3) Nou. IV. cap. 1. et Auth. praef. C. de fidei.

## XXXII

contractum, minori minime lucrosum ineundum, impertieretur, tamen  
hac occasione nullum lucrum nancisceretur, seu, ut dini IUSTINIANI  
verbis utar, *non aurum accepit?* Nullus putarem. An e contra  
is, qui rem minorum, pro vili pretio emtam, possidet, atque sic  
nil nisi lucrum ex inito cum minoribus contractu habet, atque ad-  
uersus quem proinde minores capti, rescindendo tali contractu lae-  
fionem continent, in integrum restituunt desiderant, ratione curato-  
ris confusum impertientis, nuncupari queat qua persona minus  
principaliter obstricta, quae tamen adesse debet, si exceptio excus-  
tionis obicienda actorem remittere cupimus ad personam, principa-  
liter obstrictam, primum conueniendam? Tantum abest, ut id ad-  
firmari queat, ut potius dicendum sit, in causis, fauore aetatis  
subnixis, cessare diueritatem obligationis tam curatoris, improuide  
agentis, quam alterius, qui tali contractu ditior euasit, ac vtrum  
que aequali iure obstringi ad indemnitatem minoribus laefis praes-  
tandam. Quo posito conclusio erit haec, quod, quae in diuersa  
obligatione obligatarum personarum nititur aequae, ac supponit, obli-  
gationem principalem et accessoriā, exceptio nondum excussi cu-  
ratoris minoribus captis timescenda non sit, quando hi ilicet pe-  
tunt restitutionem in integrum.

## IX.

*Pro causa minorum laeforum ornanda praebet, praeter Nov. I.  
cap. IV. §. 1., et hoc rationem idoneam, quod iura ciuilia  
minoribus plenissime prospicere voluerint.*

Et quid plura? Adsunt non paucae leges, e quibus non ob-  
scure colligi potest, implorationem pro obtainenda restituione in  
integrum aequae ac actionem personalem, aduersus curatorem male  
gerentem mouendam, ambulare passū aequali, et nescire subordi-  
nationem. Prouoco earopter ad hanc caesaream constitutionem,  
qua is sanciebat, <sup>1)</sup> vt, si testator elogio supremo nullam poenam  
indexe-

<sup>1)</sup> *Nov. I. cap. 4. §. 1. Cui iungas I. F. Homberch zu Vach Vers. et  
not. nou. p. 26.*

indixerat<sup>2)</sup> heredi contumaci, scriptus heres solueret legata intra annum non a condemnatione, aut ab aditae hereditatis tempore, sed ab interloquitione, sententiam definitiū antecedenti, computandum.<sup>3)</sup> Adiiciebat insuper et sanctionem, ut, si culpa heredis, aut superbe elogium supremum contemnentis, aut improba procrastinatione honestam expectationem ludificantis, annus prætereat, tunc et ipse relibis excideret, et alii, quos antea vocavimus, ad ea peruenirent. Subiungebat tandem, ut indemnitatī minorum captorum consuleret, haec, quae nostram causam non mediocriter iuuant,

*Pupillis autem, et minoribus aetate, nihil nostra præiudicat lex. Est enim eis squidem etiam secundum diuersas a nobis causas laedantur, duplex quoddam subsidium: et per restitutions, et per viam contra negligentes tutores ac curatores.*

En constitutionem caesaream adeo claram et euidentem, vt fecerit sentientes a suo errore facile, ceu ego quidem arbitror, reduxisset, nisi glossarum tenebris nimis adfueti, ad oblatam ob oculos clarissimi iuriū lucem caligantes, commentorum nebulas secessari mallent, et in tenebris palpare, haud dissimiles istis apud Platonem, qui, quum totam vitam in subterraneo quadam specu degissent, vnde nihil praeter umbras rerum hic obuersantium viderant, educti tandem in lucem et verorum corporum conspectum, nimio lumine illorum oculos perfringente, ad haec ipsa caecutierunt, et umbras rufus suas respectarunt! Relinquit ea arbitrio ac iudicio minorum, ob legata, intra legitimū tempus non soluta, priuatione portionis heredi-

2) Non raro id fiebat. Ita exemplum multae, heredi a testatore inditiae, fuit L. 27. D. de condit. et demonstr.

3) Alii quidem ponunt sententiam definitiū. At recte *Cuiacius* ait, vocationem *ēpouivis* denotare conventionem seu admonitionem. Suadet ipsius interpretationem L. 2. C. de iur. emph., qua *Iustinianus* ait, cum nūniū oportet conventionem vel admonitionem expellare, sed ultra zu *Vash Vers. et Not. Nou. p. 26.*

XXXIV

reditariae laeforum, num indemnatis recuperandae ergo precibus illicet adire velint iudicem, qui ipsos iuareti restitutionis auxilio? an vero malint actione personali conuenire curatores, qui neglexerant, ipsos admonere de subeunda poena, si qua heredes instituti per integrum annum cessauerint exequi vltimam testatoris demortui voluntatem? num velint proin petere, curatores, sui officii immemores, damnari ad damnum refaciendum, in quod incidebant soluenda poena, in hac constitutione nouella praescripta. Dum igitur captis minoribus haec sanctio caesarea relinquit liberam electio nem, et dum sic utrumque remedium aetati minori indulunt nec sit subordinationem: sequitur, quod exceptio curatoris nondum excussi haud remoretur restitutionem in integrum a minoribus illicet petitam.

Qui haec legis: adfirmas forsitan, haec iuris civilis placita tunc demum defendi, ac remedii, ob lubricum aetatis inuenti, electiuum concursum admitti posse, si auxilium restitutionis in integrum longe pinguis est actione personali, aduersus curatorem mouenda, cuius culpa minor ob legatum non solutum intra tempus praescriptum fentit patrimonii iacturam. Quamdiu igitur id non liquet: tamdiu exceptioni excusationis, tuo iudicio, constabit honos, ac proin restitutio in integrum exulabit.

Auserim iurare, te, haec proferentem, non ponderasse integra verba nouellae illustratae. Tenor illius generalioribus verbis conceptus est. Iuxta illam alterutrius remedii electio redit ad merum laesi minoris arbitrium. Nec tibi fecus sentienti venit in mentem, iura ciuilia beneficio, restitutionis in integrum tribuendo, plenisime propsicere voluisse minoribus laefis. Docent hoc plura fragmenta. Non sufficit, iuxta eorum praecepta, iis qualicunque ratione resarciri dama data. Minoribus captis subueniendum esse, per restitutionem in integrum quam de bonis eorum aliquid minuitur, aequo ac quam ipsorum interest, litibus et sumtibus non vexari; <sup>4)</sup> imo iisdem illis, etiamfi venditiones sub hastae solemnis arbitri-

4) L. 6. D. de minor.

arbitrio factae non facile infringi queant,<sup>5)</sup> tamen tam in ipsa specie, qua ex causa iudicati pignora minoris capta sunt et distracta, aduersus sententiam Praefidis, vel procuratoris Caesaris, corpora ipsa restituenda,<sup>6)</sup> quam in hac, qua minor interposito decreto venditionem, vili pretio fecit, rei venditae vires ignorans, eius possessionis, iuxta perpetui editi auuthoritatem, in integrum restitutio- nem, causa tamen cognita, praebendam esse,<sup>7)</sup> hacc est iterata vox nomothesiae romanae. Illi me hercule! aduersus eam impingunt, qui illuстрatam diu IUSTINIANI sanctionem restringere audent ad speciem hanc, si adparet, beneficium restitutionis longe pinguis esse actione personali mouenda aduersus curatorem, minorum rebus male prospicientem. Oneratis, qui hoc vultis, minores lae- fos suscipienda probatione, quod scilicet emolumentum longe maius sit, quod exspectant a restitutione, primum imploranda. Do- lebunt vero hi, se hac ratione orbari iusto longius possessione rerum suarum recuperandarum, et vexari insuper, dum talis probatio susci- pienda foret, sumtibus iusto maioribus. Cessabunt vero omnes eius generis querelae, si claris verbis voluntatis caesareae inhae- remus, ac minores captos illicet admittimus ad restitutionem, opibus curatorum licet nondum excusis.

## X.

*Adducitur primaria obiecitio, defumta ex L. 1. §. 4 et 6., L. 7.  
pr. de dol. mal., L. 14. §. 2. D. quod met. caus. L. 16.  
pr. de min.*

Iacto causae minorum, restitutionem illicet petentium, funda- mento certo, videamus, quibus praefidiis instructi secus sentien- tes adorintur doctrinam huc usque defensam. Solent iidem ne- stere ratiocinium hoc.

E 2

Si

5) L. 5. C. de fide et iur. haff. fiscat.

6) L. 9. D. de min.

7) L. 11. C. de praed. et aliis reb. min.

XXXVI

Si verum est, restitutionem in integrum esse remedium subsidiarium, et minores proin non fecus ac quosvis alios, damnum passos, tunc demum ea vti posse, si deficiat quodus aliud remedium ordinarium: sequitur, exceptionem curatoris nondum excusari remorari restitutionem in integrum ab adultis ilicet petitam. Atqui. Ergo.

Vt ne desit probatio enuntiationis maioris syllogismi prolati, sententiae mihi aduersae patroni configuiunt omnium primo ad actionem de dolo. Hanc enim generatim pollicebatur Praetor, se datum esse, si alia actio non erit, et iusta causa esse videbitur,<sup>1)</sup> seu, prouti POMPONIUS edicti verba eleganter excipiebat, si quasi res alio modo ei, ad quem pertinet, salua esse non possit.<sup>2)</sup> Quam adassertionem generalem adeo veram esse, aiunt aduersarii nostri, vt ne tunc quidem, si quis in integrum restitui possit, debeat ei haec actio competere; imo si alia actio tempore finita sit, haec non competit: sibique impunet, qui agere supersedit, nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, vt tempus exiret.<sup>3)</sup>

Quo centone generali non contenti probationis vltioris adoranda ergo vrgent et hoc, quod edicti interpres VLPIANVS de negotiis, quea Praetor ob metum interuenientem nec rata habet, nec sibi accepta, dixerit,<sup>4)</sup> in causae cognitione etiam hoc versabitur, vt, si (alia) actio non sit, tunc haec detur.

Prouocant tandem, et laetantur, quod possint prouocare, ad hoc speciale de restitutione in integrum, e capite aetatis minoris datum, responsum VLPIANI, in causae cognitione etiam hoc versabitur, num forte alia actio possit competere citra in integrum restitutionem. Nam si minor communi auxilio et mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium.<sup>5)</sup>

Ego-

1) L. 1. §. 4. D. de dolo malo.

2) L. 7. pr. D. tit. eod.

3) L. 1. §. 6. D. de dolo malo.

4) L. 14. §. 2. D. quod metus caus.

5) L. 16. pr. D. de min.

Egomet vero, vt viris doctis, propositionem antecedentem syllogismi mihi met oppositi VLPANI effato fulcientibus, subscribam, ac vt causam de exceptione curatoris nondum excusiss restitucionem minorum illicet petitam haud remorante, deferam, abs me impetrare non potui. Dicam igitur, quid sentiam de obmoto dubio. Pro veritate decertabo, et, si nihil veritate potentius est, vincam.

## XI.

*Obiection obmota remouetur.*

Haut deesse, quiuis rerum peritus fatebitur propiorem rationem, quae olim alliciebat Praetorem, vt in albo ediceret, se duntaxat polliceri actionem de dolo, si alia actio non erit, seu licet VLPANI verbis vti, famosam actionem non temere decernendam esse, si sit civilis et honoraria actio, qua possit experiri. Scilicet neque ipsum, neque edicti interpretem, fugiebat iuris romani rigore dolum malum alterius non, nisi in casibus singularibus hisce, vindicatum esse. Aduersus tutorem lege duodecim tabularum cautum erat tam accusatione suspecti tutoris, <sup>1)</sup> si dolus committebatur in tutelae officio, quam poena infamiae et tripli, si is doli mali damnatus fuerat. <sup>2)</sup> Circumscripicio insuper non omnis, sed dolosa, <sup>3)</sup> per legem Laetoriam coercetebatur iudicio publico. <sup>4)</sup> Praeuertebatur praeterea dolus in stipulationibus per adiectam clausulam, dolum abesse et abs futurum fore. Corrigebatur is tandem in iudiciis, in quibus agebatur ex bona fide, quae formula certo

actio-

1) Auctor est *Vlpianus*, suspecti crimen e lege XII, tabularum descendere, L. I. D. de susp. tut., ac idem verbis hisce τάυτην δὲ τὴν κατηγορίαν ὁ διωδεκάτος ἐνόπιος νόος innuit *Theophilus Pr. Gr. Inst.* p. 201. edit. G. O. Reitzii.

2) Vide praeter tabulam VII. L. 55. §. I. D. de admin. et peric. tut.

3) Id monet A. Aleiatus Farerg. L. VI. c. 16. Op. T. IV. p. 380.

4) Memor in eos iudicium publicum *Ciceron de Nat. Deor.* L. 3. c. 30. Qualis autem poena fuerit, definire non auferim, nisi eandem illam stat-

## XXXVIII

actionum generi propria erat, veluti actioni rei vxoriae aut fiduciae.<sup>5)</sup> Hocce ius populi romani certum Praetor nec abrogare, nec obligations, quae dolo malo elicite, tamen iuxta iuris rigorem habebantur ratae, nullas dicere poterat. Ut ne vero illis, qui sua callicitate ac dolo obfuerunt aliis, malitia effet lucrofa, et vt ne circumscriptis e contra sua simplicitas et iudicij imbecillitas foret damnofa, Praetor, qua aequitatis minister, non semper, sed eatenus tantum hominibus circumuentis, aduersus profligati pudoris homines, subueniebat, famosam actionem de dolo malo dans, quatenus alia actio non aderat, qua possent laesi experiri, nec eam acceptatione aliquo modo sustulerint.<sup>6)</sup> E sua igitur iurisdictione per hunc valde restrictum usum actionis de dolo, famam alterius fugillantis, in non paucis speciebus reorum conueniendorum famae consulebat praetor, insistens vestigiis medici sagacis, qui ad cauteria et laxationem membrorum non aliter prius confugit, quam quum remedii lenioribus locum non esse deprehendit. At haud opus est simili restrictione remedii, de quo loquor. Nescit enim poemam infamiae auxilium, quo Praetor succurri vult adolescentibus, qui in negotiis, curatorum consensu celebratis, capti sunt. Dum igitur in restitutione in integrum, illicet a minoribus laesis petita, omnino cessat ratio iuris, ob quam circumscriptus dolo malo alterius nequit restitu in integrum, si habet is aliud iuris medium, quo experiri potest: sequitur, restitutionem in integrum, tenerae aetati indultam, prorsus non comparari posse cum restituzione, quae sit ex capite doli; vtpote condemnationem ob dolum sequitur

tuere velis cum ea, quae ex Leg. XII. tabul. in tutores, dolo malo gentes, constituta erat. Nam vitramque doli mali coercionem iungit Cicer o de Offic. L. 3. cap. 15., nec aliunde constat de discrimine.

5) Id iam notarunt B. Briffonius de Form. L. V. p. 352. edit. sec. et F. C. Conradi Diff. att. de Pallo Fiduc. §. 2.

6) L. 1. §. 6. Jq. D. de dolo malo. Nisi eo ipso, quod sublata est actio, decipiebatur, P. Buius ad L. 2. D. de dol. mal., I. Wissenbachius ad D. disp. 12. th. 32.

## XXXIX

tur poena infamiae. Quare nec conclusio, ab hac posteriori specie restitutionis, ad restitutionem e capite minorenitatis, de qua est loqua, trahi, nec dici potest, quod, sicuti restitutio ob laesione dolo malo illatam postulata impeditur, si laesus habet alind iuris remedium civile ac honorarium, ita etiam minoribus laesis, si non primum vrgeant curatorum bona excutienda, iure obicienda exceptio curatoris nondum excusssi remoretur restitutionem ab ipsis illicet petitam.

Eadem ferme responsio destruit alteram rationem, ex VLPIANI responso desumptam, qua secus sentientes fulcire gestiunt propositionem maiorem syllogismi mihi metu possumi. Quanto maiori namque prouidentia iuris tam ciuilis, quam praetorii, scita cuiusuis remedium, ius suum persequendi in iudicio, naturam ac usum ex cuiusvis negotiis natura et status publici utilitate desumebant pariter, ac ita definiebant, ut ea neque unum eundemque finem ac effectum fortierentur, nec facile etiam sortiri possent: tanto certius est, ut id, quod in una altera actione obtinet, ad alteram parum recte applicetur, ni constet de rationis similitudine inter actionem, quae ob lubricum aetatis indulgetur, ac illam, quae metu laesis competit, non conspicili, dubio procul fatebitur, is, qui in mentem reuocat, diuersam esse actionis, quae ob metum datur, naturam et indolem ab actione, qua minores captos ac restituendos iunamus. Eluet id, ut alia silentio praeteream, ex eo, quod actio quod metus causa ob contumaciam aduersarii, rem e iudicis sententia intra annum utilem non restituentis, qua penalitatem mixta daretur in quadruplicem, cui quidem simplicem ineft. <sup>7)</sup>

## XII.

*Vlterior refutatio allatae obiectionis adfertur.*

At nec mihi metu timeendum erit dictum VLPIANI effatum, speciatim de restitutione e capite minorenitatis datum, si modo te non

7) L. fin. D. quod met. caus.

non poeniteat, paulo penitus examinare integrum orationem, e  
qua defumta sunt verba mihi met opposita. Quo id eo meliori ra-  
tione fiat, opto, qui in memoriam reuoces, restitutionem spectari  
posse aut in relatione ad laefos, in integrum restitui optantes, aut  
in relatione ad iudicem, qui actoris precibus annuens eam indul-  
get. Nescio, quo fato acciderit, vt, qui syllogismi memorati pro-  
positionem maiorem VLPIANI effato fulciri opinantur, prudentes  
duntaxat cogitauerint de prima notione, quam iungimus cum resti-  
tutione. At quam fallant, fallanturque vide.

Non iis docet solertissimus edicti interpres exceptionem cura-  
toris nondum excusfi remorari restitutionem illicet ab adultis minor-  
ibus petitam. Non respondet, meo quidem iudicio, hos ab vsu  
huius beneficii repellendos esse, si, ad quod confugere possunt,  
aliud iuris remedium supereffet, veluti actio personalis mouenda  
aduersus curatorem male consulentem. Instruit is potius iudices,  
quid faciant, decernantque speciatim in illis a se memoratis, simili-  
busque speciebus, quibus minores ipso iure non obstrictos esse,  
putat, contractibus curatorum consensu initis, laesionem continen-  
tibus. Vult modo, vt Praetor non concedat restitutionis beneficium,  
si tale negotium celebratum seu conuentio laborat nullitatibus vitio.  
Patescere hoc, opinor, et conclusione generali, cuius iam memini,  
et quam VLPIANVS ita concepit, generaliter *probandum est, ubi*  
*contractus non valet*, haud insit, vbi actio non est, *prætorem se*  
*non debere interponere.*<sup>1)</sup> Elucet id insuper ex hac assertione iu-  
risconsulti, *in cause cognitione*, puta, de probatione aetatis mi-  
norum, de eorum laesione, aliisque capitibus huc spectantibus, a  
Praetore instituenda, etiam hoc verfabitur, num forte alia actio  
possit competere citra in integrum restitutionem. Nam si minor  
communi auxilio et mero iure munitus sit, non debet ei tribui ex-  
traordinarium auxilium.<sup>2)</sup> Licet non sum nescius, merum ius  
in

1) *L. 16. S. 3. D. de min.*

2) *Cit. L. pr.*

in iure nostro denotare idem, ac solum vel purum, et proinde mixto opponi,<sup>3)</sup> quandoque sub hac denominatione intelligi ius strictum subtileque ac aequitati oppositum:<sup>4)</sup> attamen nexus verborum recitati effati suadet, vt dictiōnēm *commune auxilium et merum ius* pro synonymis habeamus, ac contendamus, eam in nostro casu obicii restitutione in integrum e capite minorenitatis, per ius praetorium introductae, quam antecēdor insigniebat nominē *extraordinarii auxiliī*.<sup>5)</sup> Veritati accedit, *VLPIANVM* ideo hanc denominationem restitutioni nostrae dedisse, quoniam in eo differebat ab aliis restitutionum speciebus, quod Praetor ipse, minorum laesorum curam in se recipiens, extra ordinem et consuetam iudiciorum rationem, fine iudice pedaneo, de facto et iure simul cognocebat, pronuntiabatque. Post finitam causae cognitionem, a Praetore institutam, demum actio vel restituta, vel alia concessa, a minore mouenda erat.<sup>6)</sup> Dum vero hoc iuris beneficio iuuare non vult adolescentulos, qui *communi auxilio et mero iure tuti sunt*: fallor, aut innuere id vult *VLPIANVS*, cessare tunc solum Praetoris iurisdictionem in restitutione in integrum laesis indulgenda, si ipsis, ob nullitatem vitium, in contracribus celebratis conspicuum, ipsa auctoritas legum scriptarum ius suum seruauit fartum et tectum. Citra necessitatem adeundi Praetoris tribunal, petendique in tali casu restitutionem minores capti suum consequi possunt electa *alia actione*, non ea, qua conuenire possent curatores, quorum culpa inciderant in damnum, quam potius illam, quae competit ipso iure ob negotii nullitatē, qua id laborat.

## Ne

3) *L. 82: D. de condit. et demonstr.*

4) Euolua, praeter *B. Briffouium de V. S. voce merus*, *L. 4. S. 27. D. de vñsc.*

5) Consulas *G. Marani Op. f. 108., A. Schuttingum t. c. n. 8.* Aliam minus adequatam huius denominationis rationem dat *N. de Lynccker Protr. scđ. IX. n. 4. p. 188.*

6) Id quod pluribus rationibus docuit *C. F. Gluch de Vita pet. restit. in int. præt. §. 23.*

## F

Ne temerariam glossam abs me proferri et effato recitato VLPIANI falsam mentem adlingi dicas, intuearis lodes exempla, quibus is vtebatur doctrinae illustrandae ergo. Dubitare lectorum non finunt, antecessorem nequaquam cogitasse istam speciem, qua minoris laesi omnium primo actionem mouere possunt aduersus curatores, ac vrgere bonorum excusione, sed illum respxisse duntaxat casus istos, quibus ipsi ob negotii initi nullitatem sunt communi auxilio et mero iure tuti.

Primum exemplum is defumebat a *contractu*, quem pupillus sine tutoris auctoritate inierat, nec inde locupletior euaserat.<sup>7)</sup> Constat, restitutionem non tribui, niad sunt negotia, stricto iure valida, et ex iis enatae obligationes ciuiles. Contractus vero, quos pupilli absque tutorum auctoritate celebrarunt, ac e quibus nil commodi in eos peruenit, valore destituti, nemo nescit, nisi tam rudit sit, vt ne verum quidem intelligat, aut tam sinister, vt nolit intelligere.<sup>8)</sup> Igitur dum obligari ex omni contractu pupilli, sine tutorum auctoritate, non possunt: vides causam, qua VLPIANVS allicitus iudicabat, opus non esse, vt Praetor se interponat, indulgenda restitutione in integrum, si tali contractui demenda est sua vis ac potestas. Nam minores capti habent aliud idque celerius, iuris remedium, quo implorato negotium tale qua nullum declarandum est. Et quid quaeso restituatur, vbi ob negotium, nullitatis vitio laborans, nil reperitur, quod foret restituendum?

Qui solitus erat, suam opinionem fulcire prudentum aliorum auctoritate, VLPIANVS etiam in hac re tam clara adscisciebat testimonium MARCELLI. Relinquebat id eodem libro ad edictum, in quo effatum, mihi oppositum, conspicitur. Videtur cum eo cohaesisse. Sonabat ita.<sup>9)</sup>

*Marcellus scribit, si quis pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato, prodigone vel furioso fideiussirit: magis esse, vt ei non subueniatur; quoniam his mandati ailio non competit.*

Haec

7) L. 16. pr. D. de minor.

8) L. 9 pr. D. de auct. tut.

9) L. 25. D. de fideiuss.

Haec antecessoris eruditio a multis quidem lecta, a paucis vero intellecti est.<sup>10)</sup> Intelligerent, iuro per genium, eius fermentum omnes: si modo ipsos non fugeret, placuisse interpretibus magni nominis reponere, voculas *ei* et *his*, incuria librariorum, dicam, an siglorum errore, depravatas esse, easdemque pro *eis* ac *huic* substitutas?<sup>11)</sup> Si igitur, e prudenti tantorum eruditorum obseruatione, textum emendas: ita legendum erit, *si quis --- magis esse, ut eis non subueniatur: quoniam huic mandati actio non subuenit.* Nimurum in textus, ita feliciter emendati, verbis nequaquam sermo est, quod is in integrum restituat nequeat, qui intercedebat aut pro pupillo, sine tutoris auctoritate obligato, aut pro prodigo, vel furioso semet obstringentibus sine curatoris consensu. Inciderat potius quaestio, an pro memoratis personis, quae e tali obligatione suscepta sentiebant damnum, Praetor se posset interponere indulgentia restitutione in integrum, ad quam illicet configiebant non mota alia actione ipfis alias competente? Vterque antecessor, VLPIANVS et MARCELLVS, in huius quaestiones decisione conueniebant amice. Iustum enim, ex eorum iudicio est, vt, si quis pro dictis personis, tutore curatoreue non consentiente, obligationem in se suscipientibus fideiussferat, *eis*, puta, pupillo, furioso, prodigo non sit subueniendum restitutionis auxilio. Dum enim deficit in memorato casu auctoritas tutoris et curatoris consensus: obligationes, quas dictae personae in se suscipiebant, desituuntur omni proorsus vi. Sunt eae igitur communi auxilio et mero iure tutae. Non opus ergo est, vt indemnitas consequenda causa configiant ad restitutionis beneficium. Nam *huic*, puta, fideiussori tali, non competit mandati actio aduersus dictas personas. Harum enim conuentiones, cura-

F 2  
toribus

10) Legisse, non poenitebit, *A. Fabri Coniect. L. 8. cap. 6., I. Raenardi Var. L. 2. c. 9., G. d'Arnaud Coni. L. 2. cap. 22., I. Aueranii Interpr. Iur. L. 2. c. 7., Roberti Rec. Leit. L. 2. cap. vlt., I. W. Marchartii Interpr. rec. I.C. L. 1. cap. 12., C. a Bynckershoock Obj. L. 2. c. 69., A. Wielingii Iurispr. ref. T. II. p. 222.*

11) *A. Continus Var. Leit. L. 2. cap. 3. in Op. 80., G. Noordtius Comm. ad pana. tit. de min. f. 119.*

## XLIV

toribus inficiis initae, et obligationes inde enatae, laborant nullitatis vitio. At cur immorer diutius illustrandae huic adsertioni, quem aliud speciale exemplum longe clarius superfit?

Properandum esse, sentio, ad id illustrandum. Petuit hoc VLPIANVS in lege mihi met opposita, *a societate, quam minor aut circumscriptus init, aut donationis causa.*<sup>12)</sup> Vocabula *circumscrip-*  
*tus*, qua editi interpres vtebatur, nos dubitare non finit, ipsum  
 loqui de societatis contractu, quem quis non celebrasset, si non in-  
 teruenisset dolus, causam dans initiae societati. Talem vero doli  
 speciem, ecquis abnegaret, pugnare adeo cum bona fide, vt quem-  
 nis contractum, etiam bonae fidei, reddat nullum?<sup>13)</sup> Quid  
 mirum igitur, quod VLPIANVS noster doctrinam, iudici praescri-  
 bendam, exemplo quodam illustratus respondebat, Praetoris  
 non esse, qui se in hac specie interponat concedendo restitutionis be-  
 neficio. Nam iuri meri prouisio societatem, dolo elicitem, iam red-  
 dit irritam et infectam. Hinc socii, communi auxilio tuti, vt  
 possunt citra restitutionis beneficium, exceptione doli, aut reme-  
 dio nullitatis, iudexque reum renitentem, si is dolum commissum non  
 emendat, sed moras nequit, praecepsit poenilibus, manu militari carce-  
 re coget ad res pecuniamue in talem societatem illatam restituendum.

Neminem fugit, naturam bonae fidei non pati societatem,  
 qua unus sociorum lucratur lucrum omne, et quam VLPIANVS no-  
 minat *societatem, donationis causa factam*. Dum vero, ex ante-  
 cessoris eiusdem iudicio, *nulla societas est, quae donationis gratia*  
*initur, etiam si soci sint maiores,*<sup>14)</sup> dumque sic tacite agno-  
 scit, eius generis societatem, iuxta iuris scita, nullitatis vitio  
 scatere: facile intelligis rationem, cur is vellet, vt et in hac spe-  
 cie Praetor non accommodaret restitutionis auxilium. Minores  
 igitur

12) L. 16. §. 1. D. de min.

13) Quod docuerunt I. Aueranius l. c. L. 1. cap. 14. n. 32., D. Net-  
 telbladtius D. de Doli incid. et caus. dantis in contrah. effectu §. 14.  
 et Gmelin in *Gemeinnütz. Beobacht. und Rechtsfr.* T. II. §. 89.

14) Cit. L. 16.

igitur, qui iudicij imbecillitate iniuriant societatem donationis gratia, ipso iure muniti, ac in ea conditione sunt, ac si eam nulli iniissent. Non opus igitur est, ut eius tollendae ergo ipsis succurratur restitutionis auxilio.

Quibus ita disputatis, ac, ut opinor, confessis, patet, VLPANI responsum illustratum non vniuersaliter de omnibus casibus, in quibus actio ordinaria concurrevit cum restitutione in integrum, intelligendum esse, nec dicendum, restitutioni non esse locum, quando adest remedium iuris ordinarium, quo succurritur laefioni ex negotio ortae. Explicandum id generatim de sola ista specie est, qua iudex personis ob iudicij imbecillitatem captis non dare potest hoc beneficium, quando illi ob initarum conuentionum nullitatem sunt ipso iure muniti, et ipsa iuris scripti auctoritas illorum iura seruat illaesa. Quid igitur supereft, nil, nisi vt dicamus, inuita Themide fecus sentientes, maioris propositionis probandae ergo, implorare VLPANI auctoritatem? Quisque antecelloris adfertionem agentem, non nisi de certo singulari casu, quo locus non est restitutioni, si adest alia actio, curatus secum perpendit: fore, non tam spero, quam confido, ut is mihi adstipuletur et adfirmet, falsitatis vitio scatere eorum opinionem, qui vniuersalem propositionem ex effato VLPANI generali quidem, at non nisi de certo causarum genere, concepto deducere conantur, ac proin vi huius conclusionis minores, contractibus curatorum quidem consensu initis laesos, exclusos esse volunt a restitutione, quando concurrevit electiue actio personalis, aduersus curatores improvidos mouenda. Si autem hoc verum est, prout id verum esse effatum VLPANI illustratum docet; iure infertur, faluo hoc effato, minores ex initis contractibus, quibus vero nullitatis vitium obici nequit, laesos quidem, at non communi auxilio et ipso iure munitos, ilicet admittendos esse ad restitutionem, nec eam remorari exceptionem curatoris nondum excusfi.

*Ne tunc quidem, si minores laesi aduersus minores in integrum restitui cupiunt, restitutionem illicet petitam remoratur exceptio curatoris nondum excussi.*

Mihi insuper fixum fedit, doctrinam, quam tueor, nec ob qualitatem personarum, aduersus quas minores capti illicet restitui in integrum peroptant, cessare, illosque proin nulla ratione cogi posse, qui petant, ut opes curatorum omnium primo excutiantur. Nam iuris notissimi est, priuilegia legibus concessa, seu, ut vtar loquitione in scholis vñitata, priuilegia in corpore iuris clausa vel ius singulare esse species legum.<sup>1)</sup> Tamdiu vero, id quod ambiagi nequit, rogatis aut receptis legibus obsequium a subditis praefandum est, quamdiu non constar de voluntate legislatoris contraria aut vera, aut saltim praesumpta. Haud vero confat de ceteriori quadam prouisione legis, quae vult iubetque, ut pro tuenda mea causa allatae ac illustratae leges tunc saltim omni prorsus vi ac potestate destituuerentur, si minores cum aliis minoribus, accedente quamvis curatorum consenu, inierunt contractum, quo laederantur, atque si proin indemnitatis consequendae ergo restitutio- nis beneficio aduersus minores, aliasue personas, iure eodem singulari, ornatas vti cupiunt, personali actione aduersus curatores parum prouidos nondum mota. Deficiente autem sanctione tali cur exceptio curatoris nondum excussi debeat remorari restitutio- nem, qua minores capti illicet sibi succurri satagunt aduersus alios minores, me hercule! non video. Nescio, an pro tuenda mea cau- sa et hoc adiicere liceat? Ad vnum omnes norunt, fiscum gau- dere minorum iuribus. Datur vero minoribus restitutio in integrum aduer-

1) Ne in malam partem accipias, opto, si nullus oratione vltiori indi- cem rationem, qua differt ius singulare a priuilegio. Eruditore, vt fo- lebat, id praesedit Fr. C. Conradi Libr. ad Iul. Paul. de iure Jing., quem vnum instar omnium evoluisse, non poenitebit. Caeterum res ipsa docet, me in paragrapho vocem priuilegii sumere latiori significatione, ita, vt ius singulare comprehendat.

aduersus fiscum, si illorum gravius damnum conspicitur.<sup>2)</sup> Quare, dum non contrarium occurrit in legibus, opinor, minores eodem iure, quo aduersus fiscum gaudent, vti aduersus quosuis priuatos, etiam minores.

## XIV.

*Nec obstat, docetur, L. II. §. 6. sq. D. de min., quae in una  
duntaxat hac specie restitutionem minori aduersus minorem de-  
negat, si adegit impossibilitas moralis.*

At quid audio? Ex artis nostrae interpretibus multi, ne dicam, plerique contendunt, memoria mihi excidisse regulam, quam non modo in iuris compendiis I. H. BOEHMERVS,<sup>1)</sup> D. NETTELBLADTIUS,<sup>2)</sup> I. A. HELLFELDIVS,<sup>3)</sup> C. C. HOFACKERVS,<sup>4)</sup> sed etiam in priuati iuris commentariis I. CVIACIVS,<sup>5)</sup> H. de BERGER,<sup>6)</sup> W. A. LAUTERBACHIVS,<sup>7)</sup> pluresque alii tradiderunt, et qua priuilegarius aduersus aequo priuilegiarium non vtitur suo priuilegio. Omnes eo inclinant, vt nestant ratiocinium hoc, nostra sententiae obiciendum. Si verum est, dictam regulam universalem nisi prouisione certi et indubitati iuris scripti: sequeretur, minores laesos nequaquam iuuando esse restitutionis auxilio, si defiderant, istud sibi met concedi aduersus minores, simili iuris beneficio ornatos, sed opus potius esse, vt quando ipsis obicitur exceptio curatoris nondum excussi, confugiant ad actionem personalem, aduersus improbos curatores mouendam. Atqui. Ergo.

Age

2) L. I. C. si adu. fisc.

1) I. H. Boehmerus D. de Conf. Prince. §. 15.

2) D. Nettelbladtius Intr. in Iurispr. posit. §. 771.

3) I. A. Hellfeldius Iurispr. For. tit. de Conf. princ. §. 105.

4) C. C. Hofackerus l. c. §. 98.

5) I. Cuiacius ad tit. D. de min. Op. T. I. p. 997.

6) H. de Berger Oct. Iur. L. I. tit. I. §. 25. n. 6.

7) W. A. Lauterbachius Coll. Th. Pr. de Conf. pr. §. 47. Iungas S. Stryckii D. de Iure Priu. contra priu. in Eius Op. T. IV.

## XLVIII

Age examini committamus, num, quod pro minoribus captis restitutionem in integrum, nondum excusis curatoribus ilicit concedendam implorantibus suscepi, patrocinium deferendum sit, dum mihi opposita est dicta obiectio. Nullus putarem. Quam enim propositio major memorati syllogismi fisset, regula generalis ni itur non tam verbis expresse conceptis iuris scripti, quam potius interpretatione parum idonea horum verborum VLPANI,

<sup>8)</sup> item quaeritur, si minor aduersus minorem restitui desiderat, an sit audiendus? Et Pomponius simpliciter scribit, non restituendum. Puto autem a Praetore inspicendum, quis captus sit. Proinde si ambo capti, v. gr. minor minor pecuniam dedit, et ille perdidit, melior est causa secundum Pomponium eius, qui accepit ac dilapidauit, vel perdidit. Plane si minor annis cum filiofamilias maiore contraxerit, et Julianus libr. 4. D. et Marcellus lib. 2. D. scribit, posse in integrum restitui, ut magis aetatis ratio, quam SCti habeatur.

Quibus verbis curate perlectis, animaduertimus, de litigiosa quaestione, an minor laesus aduersus minorem alium in integrum restitui queat, VLPIANVM ita disputare, vt non statim nofcere queas, quae ipso sit mens de hac quaestione? Nam adfert, qua dubitandi rationem, effatum POMPONII dicentis, non restituendum. Nescio, quo fato acciderit, vt eruditii non pauci ex hac dubitandi ratione elicerent auderent, priuilegiorum aduersus aequae priuilegiorum indistincte nec vti suo priuilegio, nec proin ad preces personae priuilegioriae, restitutionem in integrum desiderantis, gesta negotia ad aequi bonique normam esse redigenda, si concurrat persona aequae priuilegioria, quum tamen, pro superum fides! VLPIANO displiceat doctrina POMPONII, restitutionem minori aduersus minorem concedendam abnegantis. Putabat is potius, esse Praetoris, ad quem preces de concedenda minori restitutione, curatoribus nondum excusismittuntur, vt inquirat primum, quis captus sit.<sup>9)</sup> Quibus verbis,

fate-

8) L. 11. §. 6. sq. D. de min.

9) Voculam captus in hac doctrina prudentibus romanis admodum suisse familiarem, dicimus e L. 3. §. 3., L. 7. §. 1., L. 9. §. 2., L. 29. pr. D. tit. cod.

fatebuntur omnes, antecessorem indicasse, minores non iuuandoſ esse reſtituſionis beneficio, nec eorum negotia, cum aliis minoribus geſta, ſimpliſter reſcindenda, niſi docerint, laeſionem adēſſe et maniſtā circumſcriptionem fuadere, vt reſciſſo negotio omnia redigantur ad aequi et boni normam. Non ſubſiſtebat antecessor proferenda hac doctriña. Nam nullus omittebat de eo, quod ſibi iuſtum eſſe videbatur ſi, cauſa cognita, ambo captos eſſe, adpareat, mentem ſuam aperire non quidem in forma propositionis, ſed potius diſcione ſecundum POMPONIVM facta. Eius rei eo meius ac illuſtranda et noſcenda ergo attuliffe exemplum hoc, e re mea erit.

Minorem annis Macedonem, fingenas, puduſſe inter otia in grata marceſcere in ſolo patrio. Quum arderet cupiditate incredi bili incognitas regiones adeundi: curatoris conſenſu expetiit itine riſuſcipiendo ergo, accepitque talentum auri a minore Mida,

*Mille cui Siculis errant in agris agni.*

Quo accepto laetus conducebat non rhedas anglicanas, ſed locum in curru publico, et, quae ipſi in itinere fuerant fata, memorabat in relationibus, ad creditorem Midam ſcripſis. Nondum rubente die, quum morae impatiens auriga iuxiſſet equos, ita ſonabat ini tium relationum, vix exporrectus iter

*Ingredior. Sedeo, cubitumque coarctor utrumque*

*Atque duas pingues comprimor inter anus.*

*Cum matre e contra puer eſt, milesque proteruus.*

*Diftento hos inter corpore caupo ſedet.*

*Nec vix illuxit, quin hinc agitamur ac illinc,*

*Aspera qua ducit, qua ſalebrofa via.*

*Alterā tuſſit anus. Rixatur et altera. Iurat*

*Miles, ἐρυξίγει- caupo, vomitque puer.*

Dulce hoc fodalitium, qua comes indiuiduus, erat a latere Mace donis debitoris, vsque dum intrauerat Patauium, florentiſſimum Mercurii ac Apollinis emporium. Perueniebat is iuſto citius in amicitiam artis amatoriae magiſtri, quem, licet huius nomen texiſſet filen tio, fuifſe, fama fert, Gallum emigrantem. Non erubuit, ſimul

## L

ac nitore rotariorum oculorum Lesbiae accensus exceperat ignicullos, quo quis crepusculo domum eius introire, ac, ut sibi conciliaret amorem parentum virginis per dilectae, inter millia basia manus huic dono dare inaures et torquem nouo opere factam ad praecipita Bertuchii Vinariensis, de nitore muliebri, non vero virorum loculis, optime merentis Accipiebat animo hilari munuscula haec. Parentes vero ea e filiae manu fumere, contemplari, laudare, mirari cooperunt. Praesentia Macedonis, amore fauci, delectata Lesbia ipsum intrepide admittebat, nec quicquam restabat, nisi ut amantes inter se fierent connenae, ardoremque extinguerent. Auxerat in primis audaciam libidinis inexpectatum parentum iter. Ast iusto citius, noctis concubio, ad domus fores adfistunt redeentes parentes. Ostium opestulatum pulsant, eoque adaperto ab inquilino non corrupto, properant ad filias conclave, ac, dum Lesbia, veluti altiori somno emergens, ad vocem paternam respondebat, morisque in ianua reclaudenda commissam a somno, et, nescio, a qua imagine vlulae, tristia nuntiantis, astute excusabat, perscrutantur diligentius grabatum. Offendunt, mire dictu! ornamentum capitii virilis, delicto festinationis remahens, atque in ipso frato duorum hominum vestigia figurata. Iracundiam non dissimulabat pater. Furenti similis iam caudem conceperat, iam gladium iugulo deuouerat, fundendo sanguine noxio iniuriae parentaturus, nisi, qui, iniecta humeris veste, se abdidet in latibulum cubiculi adiacentis, Macedo vltro talentum auri, a Mida minori qua sortem creditam acceptam obtulisset, et sic infelici ratione dilapidasset, perdidissetque.

En exemplum, quod ad prime conductit ad illustrandum VLPIANI effatum, ad quod, erronee licet, confugunt secus sentientes, syllogismi oppositi propositionem maiorem probatur. Sistit id, ceu VLPIANVS, in sua decisione POMPONII vestigiis insistens, supponebat *duos minores captos*, aequali iure ornatos. Incidebat in damnum Midas minor ipso contractu mutui, si ipsi non solvitur fors, quam creditam dabat Macedoni. Hic vero lucrum non habet, at in damno versaturus foret, si iudex ei non succurrat restitutio-

tutionis auxilio, ac sententia lata ei iniungit restituendum talentum auri, quod non laudabili occasione possidere desinebat *Melior est in hac tali specie*, iuxta POMPONII doctrinam, ab VLPIANO adoptatam, *causa eius, qui accepit et vel perdidit.* Alia autem ratione causa huius melior fieri nequit, quam si tam Praetor, indulgenda restitutione in integrum, auerata ab ipsius patrimonio damnum, in quod alias iniungenda solutio fortis creditae incurreret, quam si in super non attendat, quod creditor minor, aduersus ipsum, moueat actionem ex kalendario,<sup>10)</sup> aequa ac eodem singulari iure restitutionis in integrum gaudeat. Vellicas forte dictum VLPIANI, dicisque, tali casu non opus esse restitutione, quam potius saltim denegatione actionis, quae actionis denegatio nomen restitutionis non meretur.<sup>11)</sup> Qui haec vrges, nullus in memoriam reuocas, minores e contractibus etiam sine curatorum consensu initis, iuxta iuris placita, obstrictos teneri,<sup>12)</sup> et, dum iura creditori minoris, si is adeſt, non denegant actionem, aduersus debitorem minorum instituendam, opus esse, vt Praetor minori debitori, post creditam sortem dilapidatam, succurreret restitutione ob cautionem exactam.<sup>13)</sup> Versaturus enim foret in damno summo, si aut ipsi denegaretur hoc iuris remedium, aut si, concessa restitutione, contra eandem creditor minor quoque restitueretur in integrum. Vera autem et genuina ratio, ob quam in tali specie Midas creditor excluditur a restitutionis beneficio, non tam in eo, quod in versatur in lucro,<sup>14)</sup> quam potius in hoc conspicitur, quoniam in hac

## G 2

nostra

10) Quo nomine veniebat conditio certi ex mutuo, *L. 34. §. 14. D. de adm. et peric. tut.* Videur hoc nomen ideo acceptasse, quoniam credidores calendis exigere solebant viuras, licet illi, qui benigniores viderimalebant, petitionem in idus different. *G. Barclaius Comm. de reb. cred.* in *Eu. Ottonis Thes. Iur. Civ.* T. III f. 896.

11) Id quod olim volebat *R. Bachouius ad D. L. IV. tit. IV. c. 10. §. 4.*, cuius vero errores notabat *A. a Leyser Sp. 61. med. 8.*

12) *L. 101. D. de V. O.*

13) *L. 1. Ig. C. si adu. credit.*

14) Nullus certe adfirmabit, minorem creditorem, dum sortem creditam recuperare anhelat, certare de lucro captando.

nostra specie, qua Macedo minor iam in integrum fuerat restitutus, impossibilitas moralis impediebat restitutionem et Midae creditor iudicari indulgandam. *Si namque minor, nullus possum temporare, quin adscribam verba viri iudicij acerrimi, in integrum restituitur, huins restitutionis hic est effelus, ut soluere, quod deberet, non tenetur.* Iam si minor, qui dedit, etiam restitui deberet, reus ad soluendum tamen obligatus esset. *Sic itaque simul et non solvere et soluere deberet, quod per principium contradictionis est absurdum.*<sup>15)</sup>

Deesse vero, quiuis fatebitur, talem impossibilitatem naturalem, quando minor, aduersus quem alter minor laesus restitui in integrum optat, non tam laesus, quam tempore litis contestatae ditione reprehenditur. Igitur dubio caret, quin, si sermo incidit de collisione priuilegiorum, seu iuriū singularium, atque si proin aduersus minorem debitorem non captum alter laesus minor implorat restitutionis beneficium, quin, inquam, nulla exceptio, hinc nec ea, de qua mihi est loquela, remoretur hoc iuris remedium. Aut fallit animus, aut id indicare voluit VLPIANVS altero ex IULIANI et MARCELLI scriptis desumto exemplo, quo, minorem annis, si cum filios familias maiore contraxerat, posse in integrum restitu iudicabant. Tametsi hi iuriū antecedentes vterentur vocula generali *contraxerat*: tamen subiuncta loquutio, *magis aetatis ratione, quam SCti habitu*, nos dubitare non finit, quin loquantur duntaxat de contractu mutui. Poteſt enim in hoc contractu solum, non vero in alia eorum specie obici exceptione SCti Macedoniani.<sup>16)</sup> Quod vero prudentes nostri aduersus hanc talem exceptionem, si ea forsitan vtebatur filios familias, minori laeso restitutionis auxilio succurrendum esse, iudicarunt, ratio non in eo latet, quod concurrebat in specie propria *filius familias maior*. Nam et in alio lo-

co

15) I. S. Wientzey, *Comm. de Vero Senf.* L. 2. §. 6. sq. et L. 12. D. de min. Cap. 1. §. 1.

16) G. de Lena *Comm. de SCti Maced. Seiz.* I. aph. 4., H. Hahnius ad *Wesenb.* iii. SC. Maced. n. 8.

co VLPIANVS noster non obscure exprimebat, SCtum Macedonia-  
num aduersus minorem, qui restitutionis auxilium implorabat, de-  
stitui effectu.<sup>17)</sup> Conspicitur potius, meo quidem iudicio, deci-  
sionis huius causa in eo, quod, qui vtebatur exceptione hac, fili-  
us familias non consumferat fortē creditam, quae siquidem vel ad-  
huc exstabat, vel praedium pro ea, aliamue rem, comparabat. Ut  
id de hac specie supponam, me alicit hoc in primis, quod VLPIA-  
NVS, posteaquam primum in priuilegiariorum collisione POMPONII  
sententiam reiiciens dixerat, *inspicendum esse, quis captus sit,*  
nunc in oratione vltiori eo descendat, vt doceat, quid in priuile-  
giorum concursu decernendum sit, si duobus minoribus captis con-  
currentibus restitutionem vtrique indulgandam impedit naturalis  
impossibilitas, in eo fundata, quod lucrum non habeat minor is,  
aduersus quem alter laetus minor in integrum restituianhelat, ille-  
que in damno versaturus foret, si ad huius desiderium huic decer-  
neretur petita restitutio in integrum. Quia praemissa specie vlt-  
rius inquisitus quid juris esse debeat, quando, concurrentibus  
priuilegiarii tantummodo vnuus minor captus, omisla actione alia si-  
bimet competente, implorat restitutioem, alter reus prouocat ad  
singulare ius sibimet competens, illicet subiungebat memoratum, a  
femet autem probatum, a IVLIANO et MARCELLO datum exemplum.  
Hoc, dum non fistebat ambo priuilegiario concurrentes, puta, mi-  
nores captos, omnino differt a priori exemplo. Quum igitur in  
hac specie non de vtriusque contrahentis minoris laesione constat,  
ac militat proin praesumtio, quod anteceſſores nostris in hoc ex-  
emplo altero supponebant filium familias debitorem, nummos cre-  
ditos non consumfentem, sed tempore litis contestatae ditiorem.  
Quare mirum non est, si iidem de hac specie iudicarunt, magis  
aetatis rationem, quam SCti habendam esse, ac proin minorem an-  
nis creditorem in integrum restituendum esse. Nec enim debitor  
minor, cui sententia iniungit solutionem fortis acceptae, quere-  
las mouere potest, si reiecta exceptione creditor restituitur, tam-  
etsi hic non moueret actionem aduersus curatorem, cuius con-  
sensu

G 3

17) L. 3. §. 2. D. ad SCtum Mace.

## LIV

fens forsan dabant forte creditam. Nam restituenda forte credita nihil de patrimonio, quod habebat, in tali casu amittit, siquidem nummis creditis haud dissipatis adhuc est ditior. Ne dicas, me falsam mentem et VLPIANO et placitis iuris ciuilis affingere, hoc addere licebit, effatum VLPIANI ita illustratum curate respondere speciei simili, quam nobis reliquit PAVLVVS dicens, *si minor viginti quinque annis filios familias minori pecuniam credit, melior est causa consumentis, nisi locupletior ex hoc inueniatur litis contestatae tempore is, qui accepit.* <sup>18)</sup>

Si igitur, iuxta haec indubitate placita iuris ciuilis, duntaxat in ista specie restitutio minori laeso aduerfus alium minorem dene-  
gatur, quando eam impedit naturalis impossibilitas, ac si ea e con-  
tra summo iure indulgetur, si vnum minor duntaxat captus est: in-  
fero, tam regulam generalem, quod priuilegiarius aduerfus aequae  
priuilegiarum non vtatur suo priuilegio, quam inde deductam se-  
quelam falsam esse, quod nimium minor restitutionis beneficio non  
fruatur, quando concurret minor eodem, aut simili iure singulari  
gaudens, habensque actionem, aduerfus curatorem nondum ex-  
cussum mouendam. Altum namque silentium in legibus obseruat-  
ur, quod in tali specie exceptio curatoris nondum excussi remora-  
ri debeat restitutionem indulgendam. Quid? quod, dum iura mino-  
ri laeso hanc cum quoquis emolumento indulgeri volunt, eum tali iure,  
legum prouisione quaeſito priuaremus, si ipsum ad curatorem  
omnium primo excutiendum adigere vellemus.

## XV.

*Disquiritur, quatenus exceptio curatoris nondum excussi haud re-  
moratur minorum restitutionem, si A) aut ipsi soluunt.*

Tametsi restitutio in integrum ad contractus aequae, ac ad ne-  
gotia applicari queat, quibus dissoluimus obligationem: nihilose-  
cius tamen abnegari nequit, fore, vt multoties iniquissima resti-  
tutionis causa eset, si debitorem ad idem bis soluendum adigere vel-  
lemus. Non mirum igitur est, si, fuisse prudentes eruditos,  
scias, qui, propter hanc, similesue causas, minores, ob factas so-  
lutio-

18) L. 34. D. de min.

futiones, non nisi curatoribus excusis, in integrum restitui volebant. <sup>1)</sup> Ut omnes scrupulos, qui eapropter lectorum animos angunt, eximam, species paulo diligentiori cura erunt ponderandae.

Prima nimurum species est, quum minores delerent aes alienum, quod aut ipse aut patres ipsorum contraxerant. Praestabat is vero solutionem aut infcio curatore, aut consensu curatoris accedente. Si curatore interueniente soluebat, quod tam naturaliter quam ciuiliter debebat: cessabit restitutio. Nam delebat modo aes alienum, ad quod delendum actione ciuili potest constringi. <sup>2)</sup> Sin vero minor debitor creditori adpendebat nummos debitos e mensa fine curatoris consensu: extantis adhuc pecuniae vindicatio competit. Nam ad perfectam solutionem requiritur, vt, quod soluitur, accipientis fiat, et sic eius dominium transferatur. Id quod vero adulti soli praestare nequeunt. Sin vero creditor nummis, a debitore minore restitutis, ita vtebatur, vt non amplius eas penes se habeat: tantum abeat, vt ii consumti aetatis auxilio ad minorem soluentem redire queant, vt huic potius liberatio contingat. <sup>3)</sup> Quid? quod attendi etiam ad hoc debet, an, si minor non ciuiliter debuerit, subfuerit naturalis obligatio, aut plena, aut minus plena? Hoc casu esse nequaquam opus, puto, restitutio in integrum imploranda. Nam inficias iri nequit, quin sufficere possit minoribus soluentibus pecuniae solutae, ac etiamnum superstitis, vindicatio, consumtae vero condicio indebiti. <sup>4)</sup> At vero illo casu, quo non quidem aes alienum ciuili obligatione nitebatur, bene autem plena naturali, restitutio aduersus solutionem curatoris consensu factam, implorari omnino poterit. Nam lubrico aetatis capiebatur solvens id, ad quod soluendum nunquam potuisset compelli actione <sup>5)</sup> Quid? quod,

1) R. Bathoniūs ad Treutl. Vol. I. disp. XI. th. 4. lit. C., I. Brunne-mannus ad L. 1. C. si ad solu. n. 12., I. Mauritiūs de Restit. cap. 176.

2) L. 5. §. 6. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cura.

3) L. 14. §. vlt. D. de solut., L. 19. §. 1. D. de reb. cred.

4) Euoluas, praeter L. 29 et 41. D. de condic. indebi., C. F. Watchii Controu. Iur. Ciui. S. III. cap. 6. §. 13.

5) Arg. L. 25. D. de minor.

## LVI

quod? si, quae aut fato tempore, aut loco minori debitori longe opportuniore soluenda esset, sortem minor debitor aut ante definitum tempus, aut in alio loco cum suo incommodo, auctoris consensu, soluebat creditor: restitutioni locum esse, opinor. Nec eam in utroque hoc casu remoratur exceptio curatoris nondum excusſi. Iuris namque certi placita volunt iubentque, vt, si in iuris quodam articulo certa exceptio prolata non improbat, tribunalia pronuntient iuxta regulam generalem, in legibus praescriptam. Qualem vero regulam esse, ex iis, quae protuli, patet, quod minores capti admitti debeat ad beneficium restitutionis aetati indulsum, curatoribus licet nondum excusſi.

## XVI.

### B) Aut si debitor soluebat minori creditor.

Alteram vero speciem adesse, abnegari nequit, si, qui se liberare vult ab aere alieno contracto, debitor restitut sortem olim acceptam. Et hic varias species examinasse, e re mea erit.

Primum namque accidere potest, vt debitor absque curatoris consensu soluat minori creditor. <sup>1)</sup> Hoc casu soluens debitor, meo quidem iudicio, plenam liberationem non nanciscitur. Nam minoribus interdictam esse, sciunt omnes, alienationem rerum pretii maioris. Alienat autem is, qui amittit debitorem, licet in dimissi debitoris vicem accipiat pecuniae, alias rei, solutionem non fecus, ac si aliquam rem mobilem, aut immobilem distraheret pretio accepto. Et licet, cui soluitur, creditor acquirat pecuniam: tamen idem est rem aliquam suam alienat, si solutione fortis creditae accepta liberat debitorem. Definit enim habere obligationem et actionem, qua debitorem obstrictum tenuit, ac quae nunc sublata est solutione. Et vt ne, temere interdictam esse eiusce generis alienationem, credas, quasi in debitore liberando nullum sit damnum per-

<sup>1)</sup> Excipio igitur pupillum, solutionis dumtaxat causa adiectum, id est, in quem solutio seu ius soluendi est collatum. Nam nullum ins obligatio- nis inde oritur minori. Vide, praeter Baru. Briffonium de Solut. L. I., A. Vinnit Comu, ad I. tit. quib, alien, n. 2.

periculumue domini, si eo nomine nummos solutos recipiat; non rarenter siquidem domini interest, magis actionem de pecunia credita retinere, quam hac sublata pecuniam solutam accipere. Nam creditor minor nummos restitutos aut consumere, aut casu infortunio eos amittere potest; quum e contra tamen, si pecunia manisset in debitoris manibus, semper actionem haberet saluam et integrum aduersus debitorem. Si igitur minori creditori parum recte soluitur inscio, aut etiam relunctante curatore: quamam fodes ratione statuamus, eius modi solutionem parere liberationem, si modo credimus, nullam solutionem adferre liberationem, ac eam, quae ita fit, prout et obligationis ius et iuris regulae desiderant. <sup>2)</sup> Aut fallor, aut, quae de pupilli debitore soluente IUSTINIANVS dicebat, adprime applicari possunt. Hicce verbis, ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris auctoritas; alioqui non liberabitur, <sup>3)</sup> remouet liberationem, si solutio facta fuerit pupillo, tutoris auctoritate non accedente. Quidni igitur, cum mente horum verborum conuenire, affirmemus, debitorem temere soluere, quando minori fine curatoris consenuit restituit formam debitam? Cuius iuris hoc est corollarium, ut, quando fors, minori soluta, nec amplius exfat, nec eius versio, in creditoris minoris rem versa, doceri potest, ne quidem postulandae restitutionis beneficio opus sit, quam ut potius, tametsi tempus restitutionis iam fuerit lapsum, pristina actio, pro exigendo tali debito competens, moueri queat. <sup>4)</sup> Summo igitur iure debitor talis obstrictus erit, qui eandem summam denuo soluat, ac eatenus saltim ipsi proderunt exceptiones solutionis et doli mali, ne ultra condemnetur, quam debitori abeat.

Quo-

2) L. 54. et 80. D. de solat., L. 4. §. 3. D. de re iud., L. 3. D. de reb. cred.

3) §. 3. I. quib. alien. non licet.

4) Quam in rem hinc vice respondisse ordinem iure consultorum testis est Georg SCHULTZIUS Tr. de Oblat. Pec. cap. 2. n. 11. Adde I. BONNI Disp. de Sol. pup. ac minor fac. Cap. IV. §. 9.

## LVIII

Quodnam vero iudicium ferendum est, si, qui liberari volebat, debitor soluit minori creditorri, adhibito curatoris consensu? Talem solutionem, res ipsa loquitur, valere aequo, ac eam insequiliberationem debitoris, chirographum, quod forte manserat in creditoris manibus, repetentis condicione sine causa.<sup>5)</sup> Index enim, dum alicui desert curam, curatori indulget mandatum tacitum exigendominorum debita. Parit insuper solutio talis securitatem, puta, si ea consumta, ditione euasit. Nam ipso iure is debitor esse definit, qui fibimet exceptionem perpetuam quaerebat.<sup>6)</sup> Id quod autem praedicare possumus de debitore isto, si minor quid e forte, curatoris consensu restituta, comparabat, et emtis rebus patrimonium augebat, aut si nummis debitis restitutis emebat res, ad usum et vietum necessarias, quas urgente inopia de suo erat emtritus. Nec nocebit, si eiusc generis res prius, quam iis vtebatur, casu perierant, veluti incendio, aut incursu hostium, latronumque.<sup>7)</sup> Licet igitur fortis debitae restitutio, minoribus facta, valeat ipso iure, quum adhiceretur curatoris consensus: fatendum tamen est, euentu ne sic quidem minoribus creditoribus tuto solui. Posse enim, id quod abnegari nequit, consensum rudem curatoris aedificare?<sup>8)</sup> Potest insuper minor numeros restitutos male consumere. Potest, ne plura dicam, fors restituta furto, aut vi, auferri. Quae si acciderint cum minorum laesione: sine formidine exceptionis dolii mali fortis eiusdem solutionem denuo urgent,<sup>9)</sup> eandemque post institutam causae cognitionem, nanciseuntur beneficio aetatis per restitucionem in integrum,<sup>10)</sup> neque quo minus ad hanc illicet admittantur, efficit exceptio curatoris nondum excussi, neque etiam illis obstat, quod curator interuenierit.<sup>11)</sup> Nam curatorum consensus nequaquam in ordinum

5) *L. vlt. C. de solut.*

6) *L. 55. et 108. D. de V. S.*

7) *L. 47. S. 1. D. de solut.*

8) *S. vlt. I. quib. alien. licet.*

9) *L. 1. C. si adu. solut.*

10) *Tit. C. si tut. vel cur. interiu.*

um minorum verti, ac is proin restitutionis beneficium impedit non debet.<sup>11)</sup> Non ergo eorum sententiae subscribero, quibus sedet, in hac specie minores a restitutionis auxilio excludendos esse.<sup>12)</sup> Ipse diuus IVSTINIANVS, dum fanciebat, vt redditus annui ac cuiusuis rei pensiones curatorum consensu minoribus tuto soluantur, adeo, vt, qui soluerunt, debitores eo nomine non inquietarentur,<sup>13)</sup> hac posita exceptione firmabat regulam, quod, sicuti aduersus queuis negotia, laetionem inuoluentia, ita etiam aduersus omnes alias fortis debitae solutiones, curatorem consensu accedente factas, adulti, lubrico aetatis capti, restitutionis beneficio iuuandi effent, nec eam vila exceptio, ac proin nec illa, de qua loquor, remorari posset, si modo, quae subest, iusta causa patescit.

Si vero iudicis sententia praecedebat, quid quaeſo dicendum erit? num ea praefat debitori foluenti securitatem plenissimam? Prodicit, meo quidem iudicio, sententia talis ad hoc, vt solutio rite quidem, minime vero vt etiam recte facta censeatur. Quis enim abnegat, solutionem, de qua iam fermo, efficere, vt, quae ex post emergit, laetio non noceat foluenti debitori, isque proin ratione damni ex post emergentis gaudeat securitate omnimoda.<sup>14)</sup> At non praebet utilitatem, si laetio in factae solutionis initio facta, conspiciatur. Quare in hac tali specie laesis adultis succurrendum erit beneficio restitu-

H 2

tio-

11) Arg. L. 6. C. de legib.

12) A. Faber de Error. Pragm. dec. 25. err. 10., et in Iurispr. Papin. tit. 12. pr. 7. illat. 43. ac Casp. Schiferdeckerus Contr. For. ad A. Fabrum Tr. XVI. qs. II.

13) L. 25. et 27. C. de admin. tut.

14) Hanc exigit non modo ius romanum, sed etiam plures Germaniae constitutions. Talem habemus in hinc terris, a diuo Carolo editam XVII. Febr. cl̄Iccxlv. At iuvaluit quibusdam regionibus confusudo, qua mandatum de foluento tunc demum exigitur, si aut debitum litigiosum est, aut ratione quantitatis et qualitatis dubium. Vide Phili. Lupini D. de Debit. pec. pupill. tuto foliente.

## LX

tionis, obliuicenda exceptione ordinis non remoranda, ne alias in ipsorum damnum interruatur interruendus iudicialis, quem in illorum fauorem exigunt iura. <sup>15)</sup>

## XVII.

*Inquiritur, annon saltim, iuxta L. 13. §. vlt. C. de iudic., exceptio curatoris aut procuratoris nondum excusii remoretur restitutio- nem, si huius negligentia instantia perimebatur, ac minores laedebantur?*

Valedicere lectori beneulo volui, ni illi, qui iurisprudentiam in scholis delitescentem ex vmbra in lucem forensem educere conantur, quererent, annon iuxta Latii iura saltim tunc exceptio curatoris nondum excusii remorari debeat restitutionem ab adultis pettam, si curatoris aut procuratoris desidia perimebatur instantia, ac sic minores laedebantur? Citra timidi animi notam adfirmandam esse hanc quaestione, statuo. Quo de hac meo adferto, et de caesarea sanctiōne id stabiliente, eo meliori ratione iudicare queas, in memoriam reuoces, opto, priscis temporibus actores haud raro contumacia delicto se contaminasse aequē, ac reos ob reiteratam fugam in iudiciis male audiisse, et nomine fugientium insignitos esse.<sup>1)</sup> Temporis quidem, quo causae terminandas erant, definitio nos fugit, tametsi veritati accedat, legibus rogatis olim cautum fuisse, ne ciuium controverfiae nimium prolatarentur et procrastinarentur.<sup>2)</sup> Hoc vero in spīs circa ordinem iudiciorum tenebris

14) L. 11. D. de praed. min.

1) Testis huius rei est I. Cuiacius ad cap. 3. X. de dolo et contumac.

2) Non mirum igitur est, si legas I. Raguellum Com. ad L. vlt. C. de fidei. libert. liti tam ciuiili, quam criminali finienda annum adsignare abutentem verbis Iuuenalis Sat. XVI, v. 42, aut si animaduertas, auctoritate Sidonii Apollinaris L. 8. ep. 6. motum lac. Raegardum Var. L. 4. c. 14, afferuisse, etiam ante Iustinianum ciuiilibus actionibus finiendis triennium fuisse praefixum, At aliter Iuue-

bris nouimus, ante diui IVSTINIANI tempora, instantiam iudicii criminalis anno, tempore litis contestatae, vel ab inscriptionis die, si ea opus erat, finitam fuisse,<sup>3)</sup> donec is biennium causis criminalibus eapropter praescribebat,<sup>4)</sup> vt ne accusatoris tergiueratio reos iusto diutius detineret in vinculis ac carceris squalore. Scimus insuper et hoc, quod is coercendis sacculariis hominibus, puta minoribus maioribusue iudicibus, aetoribus, reis, causarum patronis, procuratoribus, tutoribus, curatoribus, per quos stabat, quo minus lites intra tempus legitimum decurrerent, ederet sacram constitutionem qua diserte edicebat,<sup>5)</sup> censimus itaque omnes lites super pecunias -- non ultra triennii metas post item contestatam esse protrahendas: sed omnes iudices siue in hac alma Vrbe, siue in prouinciis maiorem seu minorem peragant administrationem, siue in Magistratibus positi vel ex aula nostra dati, vel a nostris proceribus delegati non esse eis concedendum ulterius lites quam trienniis spatio, extendere. Caeuae, ne nostrae caesareae sanctioni hunc tribus sensum, quasi tota causa perimatur, post lapsum triennii nullatenus de nouo mouenda. Mihi nihil certius esse videtur, quam quod ea fuerit diui IVSTINIANI sententia, quod, si duas inter se partes diu litigauerint, et utramque pars per integrum triennium ius suum indefensum reliquerit, ac ab illius persequutione cessauerit, salua quidem causa in iudicium deducta, lis siue instantia finire et terminari debeat triennio currente ex ea die, qua et actor et reus simul a iuris sui persequitione conqueuerunt. Nam si hanc sacram constitutionem accipere velles de ipsa causa, in iudicium deducta, per triennii lapsum pereunte: nulla me hercule! cogitari posset ratio, cur legumlator optimus

*nalem* accipit Pithoeus Subcas. L. 2. c. 20., atque et Sidonium minime de termino iudicii loqui, sed de tempore mouendae actioni praeflitto docet I. I. Wissenbachius ad L. 13. C. de iudic. §. 1.

3) L. 7. D. de man., L. 1. sq. Cod. Theod. int. ann.

4) L. ult. C. ut intra certum, etc.

5) L. 13. C. de iudic.

mus suae legum collectioni inseri curasset aliam a se datam sanctio-  
nem, qua volebat iubebatque, vt, qui semel litem contestatus est,  
eam usque ad quadragesimum annum libere exercere et persequi pos-  
sit; vt pote non similis esset qui penitus ab initio tacuit, ei, qui  
in iudicium venit, et certamen subit, litem vero implere atque exe-  
qui casu impeditus est.<sup>6)</sup> Quum igitur haec ultima sanctio caesa-  
reae litis contestationi tribuat vim perpetuandae et quasi immortalis  
faciundae actionis institutae, quumque non constet, vsum ipsius esse  
sublatum, quamvis sint, qui abrogatam esse dicant dispositionem san-  
ctionis, quatenus illa lites facit quadragenarias post litem contesta-  
tam:<sup>8)</sup> nihil sane vti absurdius est, quam trienni lapsum totam  
causam mori adserere, ita etiam iurium consulto nihil dignissimum est,  
quam contendere, quod in sacra constitutione, de qua loquor, tri-  
ennium instantiae duntaxat tribuatur, eamque, post litem conte-  
statam, ultra hoc tempus legitimum produci vetet.

Huic ipsi vero de peremptione instantiarum sanctioni additum  
legimus.<sup>9)</sup>

*Sin vero causae vel pupillorum vel adulorum per tutores, vel  
curatores, vel auctores, vel eorum procuratores agantur, et eorum  
desidia triennium fuerit electum, et causa cediderint litem  
quidem nihilominus suum habere vigorem: omnem iacturam,  
qua ex hac causa oritur, ad tutores ac curatores, aut eorum  
fideiussores, heredesque, et res eorum, et ad omnes, quorum in  
hac causa legitime interest, redundare. Sin autem non sufficit*

*pu-*

6) Argumenta eruditorum, qui instantiam breviori tempore, quam trien-  
nio circumscribi dicunt, doce elidebat, ac in Latii iure vix vilam le-  
gem, quae instantiam breviori tempore, quam triennio, inueniri ostendebat *N. Sudorius* *Dip. Iur. Civ.* fol. 1325. *Thef. I. C. Eu. Ottonis.*

7) *L. ult. C. de praef. trig. vel quadr. ann.*

8) Quod cum multis aliis volebat *I. Voetius ad D. tit. de iudic.* §. 35.

9) *L. 13. tit. §. ult.*

*pupillis, vel minoribus eorum substantia, tunc in id, in quo  
fuerunt detrimentum perpepsi, placuit in integrum restitutionis  
auxilium eis superesse.*

Non parcendum igitur esse vti maioribus, ita et minoribus, ecquis  
hanc sanctionem perlegens non videt, si iudiciale tempus non ob-  
seruarunt, hisque perire instantiam, quando eam eorum curatores  
aut procuratores defidia sua deserebant ac derelinquebant per trien-  
nium? Nec obiciias, sanctionem hanc caesaream minime custodien-  
dam esse, vtpote sciunt omnes, in casibus, quibus olim tempus  
currebat aduersus minores, quibusque hi nihilsecius in integrum  
restituebant, iuxta iuris recentioris placita tempus et vel ea pro-  
pter non currere, quoniam satius est, iura minorum seruare intan-  
cta, quam vulneratis querere remedium.<sup>10)</sup> Nullius momenti  
est obiectio haec, quam proponis; valet quippe duntaxat de praesci-  
ptionibus extrajudicitalibus, veluti de praescriptione decennii in immo-  
bilibus, triennii in mobilibus. Loquitur autem nostra sacrosancta consti-  
tutio minime de hac, quam potius de alia praescriptione, puta, iu-  
diciali, odio ambagium, quibus lites iusto diutius extendi solebant,  
definita. Si en adest, si proin minores eo incident in damnum,  
quod ob defidiā tutorum ac procuratorum instantia periret elapsō  
triennio, e quo feriarū dies, meo quidem iudicio, non deducun-  
tur, sicuti nec appellationis instantia ob interiectos feriarū dies  
prorogatur:<sup>11)</sup> minores laesi excluduntur, iuxta hanc caesaream  
constitutionem, a iure eligendi, num curatorem actione personali  
conuenire, an vere omnium primo restitutionis remedium implo-  
rare velint?

Non vero difficile est, detegere rationes, propter quas in tali casu  
minor primum procuratorem ac curatorem conuenire debet, ac, si  
hi

10) L. 3. C. de praef. trig. vel quadr. ann.

11) L. 1. C. de feriis.

## LXIV

hi soluendo sunt, cessat in integrum restitutio. Ad vnum omnes norunt, olim in ysu fuisse, alterius nomine actionem institui non potuisse, et prudentes excogitasse medium, quo, salvo iure antiquo, per procuratorem agi poterat. Quum scilicet dominus litis ipsem agere deberet: nihil facilius erat inuenienda fictione, qua non ille, cuius nomine agitur, quam potius procurator ipse continebatur dominus, eamque suo nomine exequebatur.<sup>12)</sup> Huius rei hoc erat corollarium, vt ex iuris ratione procurator in se transferret obligationem, ac proin, quod iudicij cursum, domini persona in considerationem amplius non veniret, nec, quod postea cum eo, qui mandauit, actum erat, ratum haberetur.<sup>13)</sup> Ex hoc simul inferre licet, quod, dum res minoris ab eo demum momento geri intelligitur, a quo is indemnitatem nancisci nequit a procuratore, aduersus quem, ob damnum fatalibus neglectis datum, actione mandati experiebatur. Igitur tunc demum, quum de ipsius damno constet, primum vigore sanctionis caesareae nascitur restitutio. Accedit et hoc, vt et vel iudiciorum auctoritas ac integritas, quae, quantum fieri potest, seruari debet, exigat, quo et vel minoribus currant fatalia. Nec iidem perinde instantiarum peremptione laeduntur, ac amissione caeterarum rerum. Nam, instantia perempta, iuxta clara voluntatis caesareae verba, *causa nihil osci*us *habet suum vigorem*. Ob haec momenta diuus IVSTINIANVS, dum leuiora legum auxilia ac remedia adhibenda esse credebat, minores, curatorum defidia laefos, non promiscue aduersus instantiae peremptionem restitui volebat, sed duntaxat, si negligentes curatores aut procuratores inopia laborant, nec ex illorum heredum facultatibus, quae illis non fecus, ac curatoris patrimonium, eatenus tacite obligatae sunt, quatenus heredes sunt, ipsis satisfieri potest. Si igitur minoribus aduersus instantiarum peremptionem, triennio elapsi evenien-

12) *I. H. Bochmerus Exerc.* ad Pand. XXXII. cap. I. §. 13 et 20.

13) *L. vn. C. de satisd., L. vlt. C. de sentent, et interloc.*

nientem. Itis restitutio tunc demum indulgeri debet, quando satis constat de inopia curatorum, quorum desidia fraudabantur; sequitur, quod in illa specie, qua ob negligētiā curatorum aut procuratorum, fatalia moriuntur, ac minores capti illicet restitutionem postulant, opponenda exceptio curatoris nondum excusſi omnino remoretur restitutionem in integrum.

## XVIII.

*Adducuntur quaedam de vſu L. 13. C. de iudic.*

Qua constitutione caefarea illustrata, exceptionem doctrinas abs me defensae continent, nil amplius inquirendum existimare, nisi ea semper inter illas sanctiōes habita effet, quas Graeci *vōuovs* ἀνύγουσ, id est, *leges infirmas*, et quasi contrario vſu abrogatas appellant. Quod si in nutricula causidicorum Germania, quemadmodum olim Athenis, Thesmoothetae effent, qui in legibus nostris euoluendis assiduis, contrarias inter se, bis repetitas et alias, vſu inualidas, annotarent, magis fortasse propitiū nobis Eunomiae nomen haberemus. Sed, vt cunque sit, hoc certum est, in tribunali bus germanicis restitutioes in integrum minoribus laefis adnerfus peremtiones instantiarum et fatalia, curatoribus licet nondum excusfis, indulgeri, atque sic, vt ingue dicam hac de re, quod sentio, veriſſimum esse dictum, ciuilia scilicet iura mutari posse, naturalia vero nunquam immutari, neque abrogari. Ne temere hoc protulisse videar, antestor Ioh. Henr. DE BERGER. *Omnino miror*, ita infit vir summus, <sup>1)</sup> istam ad conseruandum iudiciorum rigorem inuentam legem in foro cum ab aduocatis, tum a iudicibus non sine oſcitantia negligi, atque adeo pupillos, minoresque, etiam in causis iudicialibus, protinus, non excusſo prius tutore, curatore, ue in integrum restitui, eoque iudicium retro elidi. Atque alio loco idem is, vſum fori hanc constitutionem parum curare, afferebat,

<sup>1)</sup> N. a Berger Diff. de Domin. Lit. §. 42.

bat,<sup>2)</sup> et hac ratione antecessores Wittbergenenses aduersus Francofurtenses ius dixisse, idque argumento a piis causis et uniuersitatibus ducto inualuisse. Nam Pontifex CLEMENS V. ecclesiam, in concilio Viennensi, nulla mentione excusonis facta, aduersus temporis lapsum restitui in integrum iubebat.<sup>3)</sup> Iunxit non poenitebit, BERGERI, dum fata sinebant, collegam, I. B. a WERNHER aientem,<sup>4)</sup> verum constans praxis, in Saxonia praesertim recepit, ut minoribus desidia vel fraude curatorum laefis indistincte, non excusis curatoribus per restitutionem in integrum ex officio etiam seu brevi manu subueniatur. Tuebatur eandem doctrinam I. V. de CRAMER.<sup>5)</sup> Ita viri, dum viuebant, de archidicasterii Imperii optime meriti. Atat quamvis me non fugiat, esse antecessores, qui in hac doctrina non deferendam esse iuris civilis prouisionem volunt:<sup>6)</sup> tamen consuetudinem forensem hac in re cedere a iuris civilis placitis, testatur pragmaticorum omnis fere schola, in quibus praeter alios sunt praecipui C. H. HORNIUS,<sup>7)</sup> Q. S. F. RIVINVS,<sup>8)</sup> C. WILDVOGELIUS,<sup>9)</sup> I. F. SCHNEIDERVS,<sup>10)</sup> qui omnes exempla rerum ita iudicatarum commemorant. Nec id silentio praeterire possum, aedie ordinationes germanicas, quae constitutione, caesareae derogant. Testatur id exempli loco de Tribunalis Wisnariensi D. MEVIVS, in haec verba dein erumpens, ex quibus communior et in praxi forensi recentior reddita est sententia, quod minores in iudiciis restituuntur; non atten-

2) Idem Oeon. Iur. p. 889.

3) Clem. vn. de refit. Iungas velim G. H. Ayperi Diff. de Poen. praefus, in conc. credit. S. III, §. 2.

4) I. B. a Wernher Obs. Tom. I. obs. 264.

5) I. V. de Cramer Obs. Iur. Vniu. T. I. obs. V.

6) D. G. Strubenius Conf. T. I. p. 131.

7) C. H. Hornius Resp. Cl. 14. resp. 6. p. 1005.

8) Q. S. F. Rivinus all. O. P. S. tit. 9. emunc. 10.

9) C. Wildvogelius Resp. 149. n. 11. sqq.

10) I. F. Schneiderus D. de Ref. in integr. brevi manu ada. fatal. §. 13.

attento regressu contra tutores; et licet hi soluendo sint. <sup>11)</sup>  
 Quid? quod, vtplurimum inanis est mouenda aduersus procurato-  
 rem actio, dum saepius fieri nequit, vt laesus, ob dubium ac incer-  
 tum litis euentum, doceat damnum ex fatalibus omisssis obuium.  
 Alter insuper lucrum consequitur cum alterius iniuria, si non argu-  
 mentorum vi, sed solo temporis, desidia procuratoris praeteriti, la-  
 psu victoriam consequitur. Quare non mirum est, quod, et vel in  
 causis maiorum restitutionem in integrum, nondum facultatibus pro-  
 curatoris excussis, indultam saepius esse, commemorabat H. DE BER-  
 GER, <sup>12)</sup> sed etiam ipsos Imperantes in talibus casibus recessisse a  
 placitis iuris romani dici potest ex rescripto, quod C. BARTHIVS  
 nobis relictum exhibebat. <sup>13)</sup> Sed ohe iam satis dictum est,  
 Si quid

— — — nonisti restitus istis  
*Candidus imperti. Si non, his utere mecum.*

11) *D. Meinius* P. III. dec. 29., P. V. dec. 206. P. VII. dec. 286.

12) *H. de Berger Elef. Disp. for. tit. VII.*

13) *C. Barthius Hedog. For. p. 99.*

T H E S S.

I.

*Aius paternus iuxta ius romanum matri praecedit in tutela.*

II.

*In contractu aëstimatorio dominium non transit in accipientem.*

III.

*Transactio nequit impugnari ob laesionem enormem.*


IV.

*Filius, ex sponsa natus, legitimus est, et patri, exclusis adsen-  
dentibus et consanguineis, succedit.*

V.

*Querela et exceptio non numeratae pecuniae contra epocham post  
XXX dies locum non inuenit.*





X2368106



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISPV TATIONEM IN AVGVRalem

DE

EXCEPTIONE

CVRATORIS NONDVM EXCVSSI  
RESTITVTIONEM IN INTEGRVM A  
MINORIBVS ADVLTIS PETITAM  
HAVD REMORANTE

AVCTORITATE

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDIO

ALBERTI PHILIPPI FRICKII

PRO

S V M M I S I N I V R E H O N O R I B V S

CAPESSENDIS

D. XXI. MARTII MDCCCLXXXVI. HOR. POMERIDIANIS  
PVBLCAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBMITTIT

A V C T O R

HENRICVS ZACHARIAS SPANNVTH  
BRUNOVICENSES.

HELMSTADII,

LITTERIS C. G. FLECKEISEN, TYPOGR. ACADEM.

